



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiæ, 1595**

Argumentum Cap. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39447**

*Ibidem.* rem legi peccati, sic (ait Augustinus) intelligenda sunt: *Mente seruius legi Dei, non consentiendo legi peccati: carne autem seruius legi peccati, habendo desideria peccati; quibus et si non consentio, non tamen penitus careo.* Hæc ille. Nullæ hic sordes, nulla inquinamenta, nihil humi receptum in Apostolo apparet. Desideria praua quibus Apostolus non caruit, quia illis non consentit, non fuerunt illæ sordes, quibus iustitia mentis, qua Deo seruiuit, macularetur, sed erant virtutis materia, qua gloriosa certamine *exercebat, vt alibi loquitur Augustinus.* Sic stimulus carnis ab Apostolo sublatus non fuit, non vt illo sordidaretur, sed vt virtus eius in infirmitate perficeretur, ad quod sufficiebat illi gratia Christi. Voluit in hoc capite Calvinus omnium bonorum operum immunditiam ponere, actionem tollere, effectum destruere: sed dum hoc facit, disputationem Apostolicam fœdissimè contaminare, deprauare, inuertere coactus est.

### *Argumentum Cap. VIII.*

**P**ROSEQUITUR Apostolus effectum gratia, veramque per Christum à seruitute peccati liberationem; eiusque liberationis dignitatem, amplitudinem, ac felicitatem multis verbis describit. Docet primùm, omnes Christo insertos esse

tra damnationis periculum esse, non (vt Calvinus in huius capituli argumento blasphemae) *vtcumq; omerati sunt adhuc peccatis*, sed contra qui peccati onus deposuerunt, ambulantes secundum Spiritum, non secundum carnem. Quem in renatis nobilissimum effectum probat in sequentibus, tam à Spiritu Christi, quàm à beneficio mortis Christi. Et huius rei demonstrationi totus incumbens, de Spiritu Dei in filiis Dei disputat, non ad fiduciam nostrae certitudinem, vt falsò narrat Caluinus, confirmandam, sed ad mortificationem carnis & tolerantiam malorum perficiendam. Hanc enim conditionem adoptioni nostrae appositam attingens, eam ex magnitudine hereditatis fortiter perferendam docet. Cui veluti remedium opportunum confidentiam filiorum Dei subtexit, seipsum in exemplum proponens.

*1. Nihil nunc damnationis ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum Spiritum.*

**S**unt enim hodie pertinaciter haeretici, ipsam concupiscentiam seu sensualitatem, eiusque primos motus, esse in renatis verè peccata damnatione digna, sed non imputari illis, quia in Christo sunt, hoc est, quia baptizati sunt. Atqui Apostolus damnationem hoc loco remouet non simpliciter ab ijs qui in Christo sunt, sed qui sic in Christo sunt,

sunt, vt non secundum carnē ambulent, est, qui sensualitatem aut legē peccati in carne consentiendo nō sequuntur. *Non damnatur* (ait Augustinus) *nisi qui concupiscentia sentiunt ad malum.* Et hanc quidem conditionem agnoscit Calvinus, sed ita, vt suo fomento illam corrumpat, ne iustitiæ & sanctitatis necessitatē in iustificatis per Christum agnoscere cogatur. Primum enim, ait beatus tria ab Apostolo poni, quum non nisi vnum ponatur. *Tria* (inquit) *simul coniungit Apostolus, imperfectionem qua semper laborant fideles, Dei indulgentiam in ea condonanda, regenerationem Spiritus, & hoc postremū ne quis carni suæ indulget, vt ergo frustra sibi blandiatur homo carnalis, si de emendanda vita nihil sollicitus huius gratia præterea impunitatem sibi promittat; ita habent trepidæ prurum cōscientiæ inuictum propugnaculum, quod, dum in Christo manent, sciunt se esse extra omne damnationis periculum.* Moxque exponens illa verba, *secundum Spiritum ambulare,* ait eos hoc præstare, qui in domanda & mortificanda carne *sedula laborant, vt appareat studiū pietatis in ipsis regnare.* Multis modis lectorē fallit, & Apostoli sensum corrumpit. Primum, quia Apostolus hoc loco nec de aliqua Dei indulgentiā imperfectiones fidelium condonante vnum verbum loquitur, nec de imperfectione qua fideles laborant, sed de corruptione qua laborant, de concupiscentiæ motibus in carne relictis hæcenus loquutus est Apostolus, vt illos motus præ-

Contra 2.  
epist. Pel.  
libro 1.  
cap. 11.  
Regene-  
rati in  
Christo  
ex qua  
causa non  
damnantur.

Paulo  
duo affin-  
git Calvi-  
nus quæ  
nō dixit.

tes seu illam legem membrorum doceat nihil damnationis afferre regeneratis in Christo, non quia & quatenus regenerati sunt, sed quia & quatenus regenerati illis non consentiunt, & secundum Spiritum ambulant, id est, ea faciunt & ea operantur (ambulare enim operationem connotat) quæ Spiritus Dei suggerit, aut quæ Spiritus regeneratis dicitur & amat; non secundum carnem, non obsequuntur desiderijs carnis. Ideo non obest, non damnat concupiscentia aut lex membrorum, quia non regnat in corpore mortali, non dominatur, non secundum eius motus vivitur. Cur autem aut ex qua radice hoc proveniat, in sequenti versiculo docebit. Rursum in eo Apostolus nequiter depravat Calvinus, quod regenerationem Spiritus, & ambulare secundum Spiritum, ponit in solo studio pietatis, non autem in ipsis bonis operibus. Astute enim loquitur Calvinus, & eum secundum Spiritum ambulare sentit, non secundum carnem, qui tamen si faciat opera carnis, & *reluctantem Spiritum caro vincat*, (vt Beza clarè loquitur) vel (vt Calvinus antea loquutus est) *non inueniat boni desiderij effectum, quia impar ad hoc facultas adest, studet tamen membra sua ad obsequium Dei præstandum exhibere, & in omnibus suis lapsibus Dei timorè aut studium rectè agendi nondum excutit*: de quo superiori capite multa diximus. Tale studium pietatis ponit hoc loco Calvinus, non autem execu-

Pauli sensum corripit Calvinus.

Ad Rō. 6.  
vers. 12.  
Ad Rō. 7.  
vers. 19.  
& 20.

executionem bonorum operum, & veni  
 peccati fugam. Quare iterum tertio filii  
 dicens huiusmodi piorum conscientia  
 uictum hoc loco propugnaculum habet  
 quod, dum in Christo manent, sciunt se esse  
 omne damnationis periculum. Non enim hoc lo  
 co de tali propugnaculo aliquid dicitur  
 sed ab illis solis omne damnationis pericu  
 lum remouetur, qui secundum Spiritum ambu  
 lant, non secundum carnem. Nec qui in Christo  
 manent in sensu Caluini, id est, qui per  
 lam fidem Christo adherent, cum aliquo  
 studio & desiderio pietatis, quod non con  
 quatur effectum, sed qui sic in Christo ma  
 nent, *ut non secundum carnem ambulent, sed  
 secundum Spiritum, qui faciunt legem, & seruant  
 mandata Dei, illi demum inuictum habent  
 propugnaculum, & extra omne damnatio  
 nis periculum sunt. Qui dicit se in Christo man  
 re, debet, sicut Christus ambulauit, & ipse ambu  
 lare. Qui manet in me (ait Christus) & egre  
 ditur hic feret fructum multum. Multum fructum ferre  
 non solum studium pietatis habet. Imo in  
 desiderio pietatis respondeat effectus (quod  
 ipsi Paulo Caluinus negauit) nisi fructus  
 bonorum operum adferat, vide quid dicit  
 Christus: Omnem palmitem in me non ferentem  
 fructum, tollet eum pater meus. Vbi ergo umbra  
 culum Caluinianum cum sola fide, & aliquo  
 pietatis studio penitus inefficaci? Adiecit ro  
 ro Apostolus, *Ita, qui sunt in Christo Iesu, quia*  
 hoc*

Conscien  
 tia si pro  
 pugnacu  
 lum à Cal  
 uino con  
 fidum.

1. Ioan. 2.

Ioan. 15.

Ibidem.

hoc ipsum ambulare secundum Spiritum nemo potest, qui non sit in Christo Iesu; quod & ipse Christus eodem loco docuit, quo de necessarijs faciendis fructibus suos admonebat. Quum enim dixisset, *Qui manet in me, hic* ibidem. *fructum multum;* adiecit, *Sine me nihil potestis facere.* Et hunc genuinum, germanum, ac fluentem Apostoli sensum reliqua adhuc apud eum proximè sequentia luculentius demonstrabunt.

2. *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis.*

**H**æc liberatio à lege peccati dupliciter intelligi potest, vel ab ipso concupiscentie reatu, eiusque pravis motibus, ut nec impotentur regeneratis, & præterea minuantur in proficietibus; vel à cõsensu & obedientia mentis in huiusmodi concupiscentiam eiusque motus. Vtrumque sensum tradit Augustinus; priorem his verbis: *Liberavit: quomodo? nisi quia concupiscentia reatum, peccatorum omnium facta remissione, lex Spiritus vitæ in Christo dissolvit; ut quamvis adhuc maneat, & de die in diem magis magisque, minuatur, in peccatum tamen non imputetur? Posteriores sensum alio in loco sequitur his verbis: Lex Spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit te à lege peccati & mortis, ne scilicet consensionem tuam concupiscentia sibi vindictam. Uterque sensus verus est, & cum præcedentibus cohæret. Nam ratio duplex redditur:*

Lex peccati dupliciter dissolvitur.  
De nupt. & concupite lib. 1. cap. 32.  
Contra 2. epist. Pel. libro 1. cap. 10.

redditur : vna, respectu illorum verborum, Nihil nunc damnationis, &c. quia lex Spiritus vitæ motus illos secundum carnem fecit amplius non damnabiles; altera, respectu eius quod dixerat, *Qui non ambulant secundum carnem*, eaque magis propria; quia lex Spiritus vitæ, id est, diuini Spiritus efficacia & regenerationis gratia à dominio legis peccati, consensionibus in eius motus prauos, nos liberatque immunes reddidit.

Torsit hic locus tam Calvinum quam Bezam, quia inhxerentem iustitiam per rem peccati victoriam luculenter probat, & imputatiuam subuertit. Quare miris artibus ac technis veritatem perspicuam eludere conantur. Primum vterque per *legem Spiritus vitæ* intelligunt Dei Spiritum nos viuificantem, seu regenerationis gratiam. *Legem Spiritus vitæ, id est, viuificantem* (ait Calvinus) *improprie vocat Dei Spiritum, qui animam nostram Christi sanguine aspergit, non tantum vt a peccati labe emundet, sed in veram puritatem sanctificet.* *Legem Spiritus vitæ* (ait Beza) intelligo Spiritus S. efficaciam (vt in superiori versiculo *ambulare secundum Spiritum*) qua peccatum ipsaq; adeo morti mortificatur; denique regenerationis gratiam intelligo, cui opponitur *carnis corruptio*. Vterque quoque per legem peccati, *carnis corruptionem* intelligit: & Beza quidem in oppositione quam agnoscit; Calvinus his verbis: *Legem peccati & mortis appellat carnis imperium,*

Lex Spiritus vitæ quid.



& quae inde sequitur, mortis tyrannidem. Ex his  
 ergo quis nisi sensum orthodoxum colligi  
 posse existimaret? Et sanè Calvinus eum in-  
 genuè tradere videri voluit his verbis: *Senten-*  
*tiatur est: Quod lex Dei homines condemnat, id*  
*est, quia quanti sper sub legis obligatione (ad de, ser-*  
*uili) manent, peccati seruitute premuntur: atque*  
*ita rei sunt mortis. Spiritus autem Christi, dum in-*  
*ordinatas carnis cupiditates corrigendo legem pecca-*  
*ti in nobis abolet, simul à reatu mortis nos vindicat.*  
 In his verbis Calvinum orthodoxè & Au-  
 gustiniane expositioni conformiter dicere quis  
 tandem dubitauerit? Sed audiantur reliqua,  
 & impostoris technæ ac fraudes apparebunt.  
 Si quis (inquit) excipiat, veniam ergo, qua sepe-  
 liuntur nostra delicta, à regeneratione pendere, facilis  
 solutio est, non assignari causam à Paulo, sed modum  
 tradi duntaxat quo solvimur à reatu. Negat autem  
 Paulus legis doctrinam id nos consequi, sed dum Spiritu  
 Dei renouamur, simul etiam iustificari gratuita ve-  
 nia, ne peccati maledictio in nos amplius recumbat.  
 Perinde ergo valet hæc sententia, ac si dixisset Pau-  
 lus, regenerationis gratiam ab imputatione iustitiæ  
 non disjungit. Aperuit nonnihil ludum quem  
 hactenus lusit. Dixit antea sensum verbo-  
 rum Pauli esse, quod Dei Spiritus vitalis ac vi-  
 uificans in veram puritatem nos sanctificando, à car-  
 nis imperio nos liberaret; & inordinatas carnis cu-  
 piditates corrigendo, legem peccati in nobis aboleret.  
 Nunc dicit hoc totum non esse causam cur nihil  
 damnationis in regeneratis sit secundum  
 Ec Spiriti-

Calvini  
impostu-  
ra.

Prima im-  
postura.

Spiritum ambulantes, sed esse modum duntaxat quo à damnationis reatu fideles liberantur. Atqui Apostolus hanc liberationem à lege peccati per Spiritum Dei ponit, ut causam eius quod prius dixerat: sic enim subiicit: *Lex enim* (vide particulam causalem) *Spiritus vita in Christo Iesu liberavit me à lege peccati.* Si ergo illorum propriè verborum respectu (*Nihil nunc damnationis, &c.*) hunc alterum versiculum subiicit Apostolus, ut Calvinus hic supponit, non modum duntaxat sed veram causam ac rationem subiicit, cur nihil nunc damnationis sit in ijs qui sunt in Christo Iesu. Verius tamè & certius est quòd hoc versiculo rationem reddere Apostolus voluerit, non illorum verborum, sed cur hic quasi conditionem illis verbis adiecerit, *in qui non secundum carnem ambulant, sed secundum Spiritum.* Ne enim hoc cuiquam aut non posse fieri aut graue esse videretur (qui hæreticorum hodie proprius morbus est) ostendit donum gratiæ unde hoc fiat: quia videlicet Spiritus Dei vivificans à lege peccati (quæ facit ambulare secundum carnem) nos liberavit, *inordinatas carnis cupiditates corrigendo, ut Calvinus loquitur, & in veram puritatem sanctificando.* Sic hæc Calvini solutio nulla est.

Secunda  
imposita.

Sed grauius fallit in ijs quæ sequuntur, vbi dixit, *Pauli hoc loco sententiam esse, regenerationis gratiam ab imputatione iustitiæ non disjungi.* In his verbis totum coquitur Calvini ventum,

nam, quod in Bezae verbis magis ebullit, ut  
 mox videbimus. Sensus enim Caluini est, reat-  
 tum peccati in regeneratis aboleri, siue ni-  
 hil damnationis esse in renatis, non quia aut  
 quatenus Spiritum regenerationis habent,  
 quo carnis cupiditates corriguntur,ambu-  
 lantque secundum Spiritum, (ut prima facie  
 legenti eius verba videtur) sed quia & quate-  
 nus Christi iustitia illis imputatur, a qua im-  
 putatione non sequitur regenerationis gratia  
 hoc est iuxta Caluinum, studium quoddam pieta-  
 tis, sed inefficax: ut propterea non regene-  
 rationis gratia, non lex Spiritus vitæ, sit cau-  
 sa sublatae damnationis, aut ambulandi se-  
 cundum Spiritum, sed imputata Christi iu-  
 stitia. Talem ergo ludum ludit, ut, postquam  
 visus esset Apostoli sensum optimè tradere,  
 nunc Apostolico sensui prorsus contrarium  
 concludat, id est, non eos extra damnationis  
 periculum esse, qui secundum Spiritum ambulat,  
 & quos lex Spiritus vitæ liberavit à lege peccati,  
 (quæ sunt Apostoli verba) id est, ab imperio  
 carnis; sed quibus Christi iustitia imputatur,  
 de qua imputatione nullum hinc Apostoli  
 verbum, nullum vestigium apparet. Ita quod  
 in textu non est, concludit Calvinus, ut quod  
 in textu est, penitus eludat atque euacuet.

Sed magis hoc perspicuè ac rotundè facit  
 Beza. Quum enim dixisset, per legem Spiritus  
 vitæ, hoc loco, gratiam regenerationis intelligi. &  
 Spiritus S. efficaciam, qua peccatum in nobis morti-

E c 2      ficatur

Regene-  
 rationis  
 gratia,  
 iuxta Cal-  
 uinum,  
 studium  
 pietatis  
 inefficax.

Caluini  
 resolutio  
 Pauli ver-  
 bis prorsus  
 contraria.

ficatur (quibus nihil aut verius aut clarius dici potuit) monet lectorem, in huius regenerationis consideratione quiddam peculiare spectandum esse; quod paulò post his verbis explicat: Explico (inquit) ista de reliqua iustificationis nostri parte, quæ consistit in sanctificatione ipsa Iesu Christi nobis imputata, ut opponat Apostolus legem Spiritus vitæ quæ in Christi carne est perfecta & absoluta, nostræ illi, quæ quum in nobis sit inchoata, non potest salutis nostræ causa sed testimonium potius dici. Itaque non dubito quin supplendus sit articulus, perinde ac si scriptum sit: καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Hæc ille. Primum homo profanus audet textui Apostolico addere, eumque supplere, ut sensum ab Apostoli verbis prorsus alienum stabiliat. Adit enim articulum τῆς, ut vita spiritualis, de qua hic Apostolus loquitur, ipsius Christi propria, non autem nostræ, (quos perpetuò carnales esse vult) censeatur. Sic latens Calvinus venenum è latebris extraxit, apertè docens, legem Spiritus vitæ, de qua hic Apostolus loquitur, nihil in nobis efficaciter operari, neque nos in veram puritatem sanctificare, aut à carnis imperio nos verè liberare, inordinatas carnis cupiditates in nobis corrigendo, (quod totum Calvinus dixit, ipseque Beza confirmavit) dicens per legem Spiritus vitæ, ipsam Spiritus Sancti efficaciam, qua peccatum in nobis mortificatur, intelligi, sed tantummodo nobis per Christum imputari, quatenus quæ in illo erat vera

Beza textui infar-  
cit quod  
textum  
inuertat.

ra sanctificatio & iustitia, illa nobis impu-  
 tator. Hoc etiam alibi Calvinus perspicue  
 docet, ut bene intellexit Beza, nimirum totam  
 Spiritus Sancti operationem & efficaciam, qua re-  
 format nos Deus in vite sanctitatem, non per se &  
 immediatè sed per manum filij sui Deum nobis  
 imperare, quatenus filij sui (in quo totam Spiritus  
 plenitudinem deposuit) iustitiam & sanctitatem no-  
 bis imputat. Tenemus iam quem ludum hinc  
 lulerit Calvinus, simulque Beza, nisi quòd  
 iste ludi mysteria paulò crassius aperuit, &  
 totam turbavit fabulam. Spiritus Sancti ef-  
 ficaciam & regenerationis gratiam non in  
 nobis, qui regeneramur & renouamur per Spi-  
 ritum Sanctum, quem effudit in nos abunde Deus (hec  
 enim, ait Beza, salutis causa esse non potest) sed  
 in vno Christo ponunt, ut illa, quæ in solo  
 Christo fuit, nobis imputeretur. Sic iterum  
 Apostoli verba ita egregiè torturæ atque e-  
 culeis subiecerunt, ut confesionem ab eo  
 ipsis verbis penitus contrariâ extorserint at-  
 que expreserint, nõ iâ adulteratores sed car-  
 nifices verbi Dei. Sed quid? ut vno verbo cû  
 Beza agamus. Si per legem Spiritus vitæ regene-  
 rationis gratia, cui opponitur carnis corruptio, intel-  
 ligitur, (sic enim dixit) qua mente, qua fronte  
 illa in Christo ponit, ut nobis imputeretur? An  
 aliqua fuit in Christo carnis corruptio, aut  
 prava cogitatio, quæ per regenerationis gra-  
 tiam corrigenda ac delenda fuerat? Si nulla  
 fuit carnis corruptio, quæ tandem in illo re-

E c 3 generatio.

Institur.  
 lib. 3. c. 17.  
 num. 12.

Calvini  
 ac Beza  
 ludus.

Tit. 3. v. 5.  
 & 6.

generationis gratia, aut ad carnis cupiditates abolendas Spiritus Sancti efficacia esse potuit? Non enim hic Apostolus de pura illi & pacata iustitia loquitur, qualis in solo Christo fuit, sed de militari (vt sic dicam) & pugnante iustitia loquitur, quam Spiritus Sanctus operatur, vt à lege peccati liberando, & carnis concupiscentias edomando, eam perficiat. Quòd si nulla talis gratia in Christo fuit; quomodo, quod in illo non erat, nobis imputari potest? Sed doctrinæ nefariæ absurditas seipsa satis prodit, nec vlla amplius refutatione eget.

3. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato
4. damnauit peccatum in carne; vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.

**E**st explicatio siue illustratio & luculenta confirmatio eius quod prius dixerat, legem Spiritus vita in Christo liberasse nos à lege peccati & mortis. Quum autem in illis verbis docere Paulus voluerit diuini Spiritus efficaciam, ad inordinatas carnis cupiditates in nobis corrigendas; & ipsam regenerationis nostræ gratiam, vt in veram puritatem sanctificaremur; quemadmodum Calvinus ipse & Beza exposuerunt: luce meridiana clarius est, regenerationis nostræ gratiam, qua fit vt secundum Spiritum

tum ambulemus, non secundum carnem, in  
 his verbis ab Apostolo confirmari. Ex eo au-  
 tem capite confirmatur, quod hanc gratiam,  
 quia lex eam præstare non poterat, Christus  
 beneficio suæ passionis nobis procuravit.  
 Hunc sensum ipsa verba luculentissimè tra-  
 dunt. Nam (inquit Apostolus) id est, ut intel-  
 ligatis, firmiterque credatis, *legem Spiritus vi-*  
*tae in Christo Iesu liberasse nos à lege peccati*, id est,  
 ab imperio & corruptione carnis; *quod impossi-*  
*bile erat legi*, id est, quam vim ac facultatem  
 carnis imperio resistendi, legisque præcepta,  
 quibus caro repugnabat, seruandi, ipsa lex  
 præstare & donare non poterat; *in quo infir-*  
*mitabatur per carnem*, id est, quatenus, vel eò  
 quod, quia, (hoc enim valet  $\epsilon\upsilon\ \tilde{\omega}$ , & sic Cal-  
 uinus ipse vertit) ratione carnalitatis &  
 & sensualitatis humanæ lex facta est infirma  
 & inualida ad implendum ea quæ iussit, iu-  
 xta id quod paulò antè dixi; *Cum eramus in* ROM. 7. 5.  
*carnem*, seu carnaliter affecti (*qui enim secundum* ROM. 8. 5.  
*carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt*) *passiones pec-*  
*catuum, quæ per legem erant*, id est, occasione  
 legis iubentis acrius feruebant, *operabantur in*  
*membris nostris, ut fructificarent morti*: quod ergo  
 lex facere non potuit, quia incidit in homi-  
 nes carnales, & data carnalibus est ut medi-  
 cum quærerent, hoc ut fieret, ut huic malo  
 succurreretur (tale quid enim necessariò in-  
 telligendum est) *Deus humani generis miser-*  
*tus, mittens, vel postquam misisset,  $\pi\epsilon\mu\lambda\alpha\varsigma$ ,*

Ec 4 *filium*

Legis  
 impletio  
 per Christi  
 gratiam  
 luculenter  
 probatur.

filium suum in similitudinem carnis peccati, id est,  
 verum quidem hominem, sed absque pecca-  
 to, & de peccato, *περι ἀμαρτίας*, id est, id est  
 101. 1. 29. pro peccato, & ad peccati remedium, ut  
 1. 101. 3. 2. lat peccata mundi, & dissoluat opera diaboli (sic  
 cōtra Calvinum probabilius exponit Beza  
 sic, inquam, Deus, & in hunc finem, suum  
 Rō. 6. 12. lium mittens, damnauit peccatum in carne, id  
 est, aboleuit & dominio suo multauit pec-  
 catum in carne nostra, ut non regnaret in mortali  
 corpore nostro (de eo enim damnati peccati  
 genere, & non de expiatione eius, aut sacri-  
 ficatione pro peccato, Paulum loqui, proba-  
 bilius est) ut iustificatio legis impleatur in nobis,  
 id est, in eum finem sustulit peccati domi-  
 nium, vel, si alia interpretatio magis placeat  
 (utraque enim Apostoli intentum probat)  
 in eum finem de peccato, id est, per hostiam &  
 victimam expiaticem, damnauit peccatum, id  
 est, deleuit, condonari fecit, in carne, sua vi-  
 delicet in sacrificium oblata; ut beneficio  
 sacrificij huiusac redemptionis facte, iustifi-  
 catio legis, id est, iustitia quam lex præscribit  
 & exigit, (sic enim tam Beza ipse quàm Cal-  
 uinus intelligunt) impleatur in nobis, id est, a  
 nobis perficeretur & seruaretur; à nobis, in-  
 quam, non simpliciter peccatorum remissio-  
 nem consequutis, & credentibus tantum  
 (nihil enim adhuc istud ad legis iustitiam  
 implendam) sed ambulanti bus (*τοῖς περιπατοῦντι*)  
 non secundum carnem, non secundum veterem  
 hominem,



hominem, non secundum pristinum carnales  
 affectus, & iuxta ea quæ lex carnis nobis  
 suggerit, sed secundum Spiritum, id est, iuxta  
 Spiritum gratiæ corda nostra inhabitantem, vt Infrā v. 11  
 in sequentibus versiculis Apostolus iterum  
 atque iterum docet. Vos (inquit) non estis  
 in carne, (qui enim in carne sunt, quæ carnis sunt Ver. 9.  
 spiritum) sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei ha-  
 bitat in vobis. Quod omnino oportet fieri, si  
 verè in Christo regenerati estis. Qui enim Spi-  
 ritum Christi non habet, hic non est eius; hic in  
 Christo regeneratus non est. Quod si Spiritus Ver. 11.  
 eius qui suscitauit Iesum à mortuis, (id est, ipse  
 Dei Spiritus) habitat in vobis, per dona vide-  
 licet gratiarum, & maximè per charitatem dis- Rom. 5. 5.  
 positam in cordibus vestris per Spiritum S. qui datus  
 est vobis, tunc ille ipse Dei Spiritus, qui susci- Rō. 4. 25.  
 tauit Iesum à mortuis (in figuram, typum, ac  
 signum, & etiam vt causa resurrectionis no-  
 stræ à statu peccati & mortis quam iustifica-  
 tionem vestram voco,) viuificabit & mortalia  
 corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius  
 in vobis, id est, liberabit vos à corpore mortis huius, Rō. 7. 24.  
 vt sine villo carnali motu (quo non carebunt  
 qui ad damnationem resurgunt) resurgatis;  
 vt sic donis spiritualibus hic acceptis, dona  
 corporis ibi respondeant; cesserque tandem  
 hæc lex peccati. Ergo debitores sumus (interim Ver. 12.  
 dum hic viuimus) non carni, vt secundum car-  
 nem viuamus; sed planè Spiritui, vt secundum  
 illum ambulemus. Debitores, inquam, sumus,

E e s &

& necessariò hoc nobis incumbit, non ut ali-  
quid conueniens tantùm aut congruens, Dio-  
que filijs dignum, sed ut ad salutem accep-  
tam conseruandam, & ad electionem certam  
ac firmam reddendam necessarium.

Ver. 13.

*Secundùm carnem vixeritis, moriemini; si autem  
Spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Sed  
modus adhibendus est. Toto quippe hoc  
capite id agit Apostolus, ut doceat Christi  
gratiam id præstitisse, quod lex præstare non  
potuit: ut doceat ambulando secundùm Spi-  
ritum, iustificationem legis à nobis Spiritu  
gratiæ donatis impleri, quam à Christi ab-  
alieni implere nunquam potuerunt, possunt  
aut poterunt. Denique ut doceat, legis obe-  
dientiam, & ambulationem secundùm Spi-  
ritum, nò solùm nobis esse possibilem factam,  
sed & ad faciendum necessariam; non solùm  
præstari à nobis posse, sed & præstari debere.  
Hoc enim vltima ex Apostolo citata verba  
luculenter affirmant. Quod ne cui durum  
videatur, præstandi possibilitatem & facultatem  
subiungit. Non enim accepistis iterum Spi-  
ritum seruitutis in timore, id est, non iuxta sta-  
tum veteris legis solum terrorem, solum imperium,  
solam maledictionem & comminationem legis,  
quam seruiliter timeretis, adi-  
diuistis; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum,  
in quo clamamus, Abba Pater. Hic Spiritus  
dilectionis facit impleri legem, quia plenitudo  
legis dilectio. Hæc est promissio ex fide Iesu Christi  
data*

Gratia  
Christi  
præstare  
quod lex  
præstare  
nò potuit

Ver. 15.

*Non enim accepistis iterum Spiritum seruitutis in timore, id est, non iuxta statum veteris legis solum terrorem, solum imperium, solam maledictionem & comminationem legis, quam seruiliter timeretis, adi-  
diuistis; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Hic Spiritus dilectionis facit impleri legem, quia plenitudo legis dilectio. Hæc est promissio ex fide Iesu Christi data*

Rō. 13. 10.  
Gal. 3. 22.

data credentibus: id est, hoc est donum Spiritus & beneficium gratiæ credentibus promissum, donec induamini virtute ex alto. Ex hac promissione, ait Augustinus, hoc est, ex Dei beneficio ipsa lex impletur, sine qua promissione praua creatoris fecit. Et paulò post: Lex ergo data est, ut gratia quæretur: gratia data est, ut lex impleatur. Neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentia carnis. Quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. Quod enim impossibile erat legi, &c. Vbi Augustinus ex hoc textu nostro probat, quia lex cum prudentia carnis coniuncta impleri non potuit, gratiam datam esse, quæ iustificationem legis implet: quia gratiæ Christi participes, & Spiritum eius inhabitantem habentes, ambulant secundum Spiritum, non secundum carnem. Eodem modo contra Pelagianos hunc locum tractat D. Hieronymus in epist. ad Cresiphontem, ut Dei mandata per Christi gratiam esse possibilia probet. Hic est huius loci perspicuus, germanus, fluens ac genuinus sensus, ex toto literæ Apostolicæ contextu subsequente confirmatus, & doctissimorum Patrum iudicio probatus.

Alia prorsus via ambulat Calvinus, alium ac diversissimum sensum Apostoli verbis affingit. Suas quoque partes agit Beza, ne penitus à tergo relinquatur. Sequitur expositio (ait Calvinus) seu probationis illustratio, quod scilicet Dominus gratuita sua misericordia nos in Christo

Luc. 24.

49.  
De Spirit.  
& lit. cap.

19.

Christo iustificauit, id quod legi erat impossibile. *Antidota*  
 imputatiuam iustitiam confirmandam, quae  
 hoc maxime loco ( vt praecedentia conueniunt )  
 iugulatur, hunc ipsum locum obtorto collo  
 pertrahere totis ingenij viribus conatur.  
 De gratuita ( inquit ) iustificatione, vel uenia  
 qua Deus sibi nos reconciliat, hic tractatur, quae  
 postrema clausula licet colligere, ubi adiungitur: *Quod*  
*secundum Spiritum, non secundum carnem, ambulamus.*  
 An aliquid potuit impudentius dici? *Antidota*  
 Ambulare secundum Spiritum & Spiritum  
 ista carnis mortificare, an aliquid commune  
 habet cum uenia qua Deus sibi nos reconciliauit,  
 id est, cum remissione peccatorum nobis per  
 Christum acquisita? An forte quia coniuuncta  
 haec semper sunt, & nexu indiuicibili  
 copulata, ut cuiusque Deus gratuito remittit  
 peccata, tum eundem noua gratia exornet,  
 qua possit ambulare secundum Spiritum, tum  
 illa accepta gratia sic ambulare teneatur,  
 ideo Calvinus, quod de hoc postea dictum  
 est, ad illud quoque prius ualeat? Est quidem  
 ita, gratuitam remissionem peccatorum & nouam  
 regenerationem gratiam ad hominis iustificationem  
 necessario concurrere, nec unam sine altera perficere,  
 quod contra Calvinum ualeat plurimum, quod  
 in sola hac gratuita uenia, cum Christi iustitia  
 nobis imputata, totam iustificationem nostram  
 perpetuo ponit, seclusa regenerationis gratia  
 ut aliqua iustificationis parte

Caluini  
 impudentia  
 proiec-  
 ta.

causa : non tamen propterea quicquid de  
no dicitur, ad alterum pertinet, quum res  
inter se distinctæ admodum sint, sicut depul-  
sio tenebrarum ab ipsa noua luce inducta  
eodem genere differt ; quum hæc noua forma  
sit, dans nouum quoddam esse rei, illa pri-  
uatio tantum veteris formæ sit, nihil ponens  
in re. Ex illa ergo clausula adiuncta, quæ re-  
generantis gratiæ effectum luce meridiana  
clarius denotat, quo tandem modo collige-  
re liceat de gratuita peccatorum venia in his  
verbis tractari ?

Probare paradoxum suum Calvinus vult.  
Nam (inquit) si docere vellet Paulus Spiritu rege-  
nerationis nos instrui ad vincendum peccatum, quor-  
sum ista additio ? An compos hinc mentis suæ  
Calvinus erat ? Quid enim magis efficaci-  
ter docet, Spiritu regenerationis nos instrui  
ad vincendum peccatum, quàm hæc ipsa ad-  
ditio, *is qui non secundum carnem ambulant, sed  
secundum Spiritum* ? Quid enim tandem aliud  
est, quid aliud significat, quid aliud huma-  
no conceptui diuinis literis imbuto repræ-  
sentat oratio illa, *Spiritu regenerationis instrui  
ad vincendum peccatum*, quàm beneficio eius-  
dem Spiritus non ambulare secundum carnem,  
in quo propriè vincitur peccatum, sed ambu-  
lare secundum Spiritum, qui regenerantis gratiæ  
proprius effectus est. *Peccatum vobis non domi-*  
*nabitur (ait Apostolus) non enim estis sub lege,*  
*sed sub gratia. Quis autem sub gratia est, nisi*  
qui

Ambula-  
re secun-  
dum Spi-  
ritum, est  
vincere  
peccatū.

Rō. 6. 14.

qui regenerantis gratiæ Spiritum accepit  
enim Spiritu ducimini, non estis sub lege. Hoc  
sum ergo, Spiritu duci, & ambulare secundum  
Spiritum, non secundum carnem; proprius est  
æternus, proprium argumentum est regeneran-  
tis gratiæ, ad vincendum peccatum dicitur

Apostoli  
clausula  
incredi-  
biliter à  
Calvino  
detorta.

Qua igitur mente, quo sensu, quo iudicio  
nisi planè aut insano, sui que parum compe-  
te, aut prorsus immodesto & effronti, dicit  
Calvinus: Si docere vellet Paulus Spiritu regene-  
rationis nos instrui, ad vincendum peccatum; quæ-  
sum ista additio, *Iis qui non secundum carnem am-  
bulant, sed secundum Spiritum.* Planè enim pro-  
pterea hæc additio facta est, propterea illi  
clausula adiuncta est, ut doceret Paulus, Spiritu  
regenerationis nos instrui ac donari, ad  
vincendum peccatum. Ille enim demum pec-  
catum feliciter vincit, qui non secundum  
carnem ambulat, quæ nil nisi peccata suggerit;  
sed secundum Spiritum, qui semper pec-  
cato resistit. Imò verò si docere hoc loco vo-  
lisset Paulus, quòd Dominus gratuita sua  
misericordia nos iustificavit; aut si de gra-  
tuita iustificatione, vel de venia qua Deus  
nos sibi recõciliat, Paulus hæc tractaret (quod  
vtrumque Calvinus affirmat) profectò posuisset  
illa verba, *Ut iustificatio legis impleretur in nobis.*  
non hanc clausulam adiecisset, *Qui non secun-  
dum carnem ambulant, sed secundum Spiritum.*  
quæ nihil ad gratuitam veniam pertinet; sed  
hanc adiecisset ex mente Calvinus, qui gen-  
eravit

...tiam per Christum remissionem peccatorum  
 ab apprehendimus Imò optimè conuenit (ait  
 Calvinus) postquam gratiã remissionem pollicitus  
 est fidelibus, doctrinã hanc ad eos restringi, qui pœ-  
 nitentiã fidei adiungunt, nec abutuntur Dei misericor-  
 dia ad carnis licentiã. Planè hoc optimè con-  
 ueniret, si fateretur Calvinus talẽ doctrinã  
 de gratuita remissione verè & necessariò ad  
 eos restringi, qui secundum Spiritũ ambulant, non  
 secundum carnem, id est, non alios hac gratuita  
 remissione frui atque gaudere, nisi qui ea ac-  
 cepta ambulant secundum Spiritum, Spiritu facta  
 carnis mortificant, Deoq; seruiunt in iustitia & san-  
 ctitate: quæ sunt Pauli & Euãgelij verba. Nũc  
 autem hoc totũ Calvinus necessariũ esse ad  
 salutẽ negat, & sic doctrinã de gratuita remis-  
 sione peccatorũ ad hãc clausulã nõ astringit.

Deinde, cur Calvinus Apostoli verba non  
 seruat? Cur non dicit ad eos restringi hanc  
 doctrinã de gratuita remissione, qui secundum  
 Spiritum ambulant? Cur eorum verborum lo-  
 co substituit, pœnitentiã fidei adiunctã? Hęc  
 enim pœnitentiã, fidei adiunctã, reconcilia-  
 tionis gratiæ præparatio & principium est:  
 secundum Spiritum ambulare, fructus eius est, &  
 acceptæ gratiæ conseruandæ necessaria con-  
 ditio. Præterea, non abuti Dei misericordia ad car-  
 nis licentiã, nihil aliud dicit quàm incon-  
 gruum aliquid & inconueniens. Non dicit  
 aliquid gratiæ remissioni retinendæ & con-  
 seruandæ necessariò coniunctum, quale id  
 quod

Pauli ver-  
 bis præter  
 itis sua va-  
 fre suppo-  
 nit Calui-  
 nus.

quod Apostolus dicit, *secundum Spiritum ambulare*. Quare si Apostolus de gratuita remissione loqueretur illa clausula, *is qui ambulat secundum Spiritum*, non obstante hac uola Caluini tergiuersatione, prorsus esset eam impertinens.

Addit adhuc Caluinus: *Deinde notanda causa redditio*. Docet enim Apostolus quomodo gratia Christi nos à reatu absoluat. Si hunc modum illa clausula docet, & causam reddit gratiæ remissionis; planè & inuictè contra totam reliquam Caluini doctrinam sequitur, quòd *ambulare secundum Spiritum* sit causa remissionis peccatorum, & modus ille quo Christus à reatu absoluat: id est, ut non aliter absoluat, quàm qui ambulant secundum Spiritum. Cæterum nec nos Catholici ita sentire debemus, nec ipse Caluinus ita sentire, qui ne ad conseruationem quidem aut augmentum iustitiæ hanc conditionem ambulandi secundum Spiritum admittit, sed illam fidem ad gratuitam remissionem peccatorum obtinendam requirit. Qua igitur mente, quo iudicio dicit uerba illa, *is qui ambulat secundum Spiritum*, modum esse gratiæ Christi à reatu nos absoluit, & causam redditionem cur absoluat? Sed usus est impostor hac audacia & confidentia, ut turbato rei nouitate & absurditate lectoris animi caliginem offunderet, ne perspicuam ante oculos ueritatem aduerteret. Est enim lucus meridius

Caluina-  
ne im-  
postor  
causa.



meridiana clarius, illam clausulam, *Is qui non secundum carnem ambulat, sed secundum Spiritum*, causæ redditionem esse & modum quo iustificatio legis impleatur, quæ verba Apostoli sunt; & ad quam legis obseruationem illa clausula propriissimè pertinet: quò de gratuita remissione peccatorum nullum hic ab Apostolo verbum fiat: quod etiam ipse Beza contra Calvinum annotare voluit. Non (inquit) mihi facile persuaserim de peccatorum expiatione h'c agi. Est enim pars illa iam pridem ab Apostolo explicata, adeò vt à versu 12. cap. 5. aliud argumentum sit exorsus. Quamquam tamè etsi in illis verbis, *Damnauit peccatum in carne*, expiatio peccati in carne Christi facta intelligatur, nullo modo propterea sequitur, postremam illam clausulam ad gratuitam peccatorum remissionem referri debere. Tam enim illa clausula, quàm quod eam proximè antecedit, *Vt iustificatio legis impleatur in nobis*, effectus est expiationis peccatorum in corpore Christi factæ, vt hæc sola eiusdem Pauli verba luculenter demonstrant: *Nunc autem reconciliaui in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso*. Hic effectus ac fructus fuit expiationis peccatorum in cruce factæ, quam & hic Apostolus luculenter tradere voluit, dicens: *Vt iustificatio legis impleatur in nobis*. Sed quomodo, aut quibus? *Is qui non secundum carnem sed secundum Spiritum ambulat.*

Beza Calvinum corrigi.

Coloss. 1. 22.

Ff Non

Non contentus in exordio tractationis huius loci hanc caliginem lectoris obfundere Calvinus, ipsamet verba postea exponens, maiores tenebras inducere molitur. *Qui (inquit) intelligunt Spiritu Christi renouatam legem implere, commentum à sensu Pauli penitus alienum asserunt. Qui sic? Neque enim consue proficiunt fideles quamdiu peregrinantur in mundo, nisi iustificatio in illis plena sit & integra.* Atqui, ob bone, si eousque proficiunt fideles ut ambulent secundum Spiritum, non secundum carnem; iustificatio legis, id est, ut ipsemet textus exponit Beza, *id ipsum quod requirit lex, in illa impletur.* Quod si nullos etiam tales esse asserueris, fateri necessario debes nullos posse saluari qui operandi tempus habent: ait enim in eodem hoc capite idem Apostolus de utroque huius clausulæ membro: *si secundum carnem vixeritis, moriemini: si Spiritu facti carnis mortificaueritis, uiuatis.* Aut per te nullus hoc potest, & nemo uiuet, sed omnes moriuntur in peccatis suis; aut si aliquis potest, quisquis ille est, legem impleuit. In illis enim iustificatio legis impletur, id est, illi faciunt id ipsum quod lex requirit, *qui non secundum carnem ambulant, sed secundum Spiritum.* Ergo falsum, absurdum, & impium est quod sub rationis specie adfert Calvinus, ut probet commentum esse à Pauli sensu alienum, qui ex hoc loco intelligunt Spiritu Christi renouatos legem implere.

Legis iustificatio-  
nem im-  
pleri ostē-  
ditur.

Rom. 8.  
13.

Vnde

Vnde & totum quod copiose infert, penitus concidit. Ergo (inquit) hoc ad veniam referre  
*neesse est: quia dum nobis accepta fertur Christi obedientia, legi satisfactum est, ut pro iustis censeatur. Perfectio enim quam lex exigit, ideo in carne Christi sibi exhibita, ne amplius ad nos dammandos trahat eius rigor.* Hæc est antiqua Caluini cantilena, seu blasphemia potius, supra refutata: quam hic repetere voluit, quum nec vnum hinc verbum sit quod eam significet, ut ab altera saluberrima & perspicua Apostoli doctrina lectoris animum abduceret. Caetera deprauat Calvinus, suosque lectores sciens & volens in errorem abducit. Quo ego flagitio ac sacrilegio vix vllum execrabilius esse existimo.

*Cōclusio  
 Caluiniana ex falsis medijs  
 nulla.*

Sed cur ergo Apostolus de regenerantis ac renouantis gratiæ effectu subiecit, in illis impleri iustificacionem legis, qui secundum Spiritum ambulanti? &c. Quid hoc ad obedientiæ Christi confictam imputationem? vult & huic questioni satisfacere. Quia (inquit) suam iustitiam nullis communicat Christus, nisi quos Spiritus sui vinculo sibi coniungit, additur iterum regeneratio, ne peccetur Christus peccati esse minister. Scilicet hoc est hæreticorum ingenium: modo aliquid adferre queant quod vel minimam probabilitatis specië habeat, apertissimum Scripturarum sensum nullo Dei timore, nulla conscientia tacti, deprauant. Christus pro-

*Caluini conscientia cautiata.*

*Hæreticorum ingenium.*

culdubio nullis peccata remittit, nisi quos Spiritus sui vinculo sibi coniungit: quod iterum valet contra Calvinum plurimum, qui in sola remissione peccatorum, absque vlla necessaria cum Christi Spiritu coniunctione (quæ non fit nisi per illius Spiritus gratiæ & donorum eius participationem hominis iustificationem ac salutem ponit. Christi autem iustitia, obedientia, legis adimpletio, si nobis communicari, id est, imputari debeat, (nullum enim aliud communicationis genus Calvinus agnoscit) vt hæc communicatione imputatiua iustificemur & saluemur, prorsus ad salutem & iustificationem impertinens est, aliam cum Christo coniunctionem habere quàm per fidem, quæ hanc Christi iustitiam apprehendimus. Et hæc est perpetua, constans, & firma tã Calviniani quàm omnium hodie hæreticorum sententia. Quòd si reuera Christi iustitia nobis imputetur, nisi ipse secundum Spiritum ambulet, & Spiritu facta carnis moris fiet (hæc enim sunt verba Pauli. quæ semper fugit Calvinus, & alia generalia substituit) plane & iniuste sequitur, non ex sola imputata Christi iustitia nos saluari, aut coram Deo iustificari, sed adesse oportere præterea bona pietatis opera, quæ illi faciunt qui secundum Spiritum ambulant, idq; ne putetur Christus vocari esse minister, vt Calvinus hîc loquitur. Sic non tantum bonorum operum necessitas, sed &

Calvinus  
ex suis re-  
futatur.

Imputati-  
ua iustitia  
euectitur.

sed & iustificatio ex illis coram Deo ex ipsa Caluini confessione concluditur. Cæterum de aliqua Christi iusticia, aut obedientia, qua legi satisfactum est, posteaq; nobis accepta fertur, nihil hîc prorsus Apostolus loquitur. Caluianum fermentum est, quo verbum Dei ( docens doctrinas & mandata hominum, quæ à Luthero, Bucero, Melanchthone, & alijs didicerat, ) nefariè contaminat. Apostoli sententia hæc est : *Quia impossibile erat vt lex homines saluaret, eò quòd in homines carnales incidens, infirma & inualida ad salutè facta est, Dei misericordia & Christi beneficio factum est, vt iusticia, quam lex requirit ad vitam ac salutem, impleatur in hominibus, non iam carnalibus, sed spiritalibus, qui non secundùm carnem ambulant, sed secundùm Spiritum.*

Sed nunc vt ad huius tam insignis loci de-  
 prauationem Beza cooperatus fuerit, suaq;  
 partes post Caluinum egerit, videamus. Con-  
 demnauit ( inquit ) peccatum in carne, id est, nul-  
 lum in nos ius habere declarauit. Probè hoc quid-  
 em, & contra Caluini sensum, vt suprâ ac-  
 cepimus. Sed nunc quid his verbis intelligat,  
 audi : Nam imputatâ Christi iusticiâ, peccatum pro-  
 nibilo habetur, quamuis supersint eius reliquiæ in  
 nobis. Rotundè Beza id, quod sui sentiunt,  
 efficit. Caluini hypocrisim ( non alijs iusti-  
 tiam Christi communicari, nisi qui Spiritus vinculo  
 Christo cõiuncti, secundùm Spiritum ambulant, non

Beza cor-  
 ruptela  
 examinã-  
 tur.

Beza Cal-  
 uini Hypo-  
 crisim pro-  
 palauit.

secundum carnem) execratus Beza, aperte & rotundè dicit, imputatà semel nobis Christi iustitià peccatum pro nihilo haberi, quatenus superstitia eius reliquie in nobis: id est, nulla iam amplius peccata aut peccatorum reliquias nobis obesse posse, ut hoc sensu nullum in nos ius habeat peccatum, quia non potest amplius nos condemnare, aut nobis ad mortem imputari. Et sic illa verba, Peccatum vobis non dominabitur, scholia Vatabli, è schola Geneuensi non à Vatablo profecta, hunc in modum exponunt: Non damnabimini propter peccatum: quia non est sub lege. Esse enim sub lege, est, damnari sententia legis in conscientia: Sub gratia esse, est, conscientiam certissimam esse, omne peccatum nobis remissum esse Dei benignitate. Hæc illa scholia. Sane cum Beza, tum Calvinus, ad illa verba, Peccatum vobis non dominabitur, nihil prorsus annotant, nihil dicunt. Satius iudicarunt sua venia silentio occultare, quam aut illa propalare, aut verum sensum aliquid dicendo adferre. Nunc tamen Beza non amplius dissimulandum ratus, exponit sic Christum damnasse peccatum in carne nostra, ut illud iam nullum in nos habeat, id est, nos damnare non possit: quia Christi iustitià nobis imputatà, peccatum iam pro nihilo habetur. Ita nunc iuxta huius bestia: sanctimoniam, renatus in Christo, & credens in eum, Christi que iustitiam sibi imputatam fide forti apprehendens, fornicetur, inebrietur, omni spurcitia contamine-

Vatabli  
scholia è  
schola  
Geneuensi  
prognata.

Calvinus  
textum  
sibi aduer-  
santem  
dissimulat.

peccatum pro nihilo habetur; utcumque super-  
 ius reliquie eius in nobis; id est, utcumque sem-  
 per mortaliter peccemus. Nulla enim apud  
 Beza, iuxta magistri sui Caluini doctri-  
 nam, venialium & mortalium peccatorum  
 distinctio; sed omnia in sua natura mortalia  
 sunt.

Ceterum, iuxta hanc tam apertam Beza-  
 nam impietatem, manet ingens quæstio, cur  
 apostolus adiecerit, *Iis qui non secundum car-  
 nem ambulant, sed secundum spiritum*. Hunc no-  
 dum soluere cupiens Beza ait, appositè hoc Apo-  
 stolus subiecisse, ut intelligamus quod verissimè est,  
 frustra de fide ac Christo apprehenso gloriari, qui re-  
 ipsa non ostendunt se Christi spiritus esse participes.  
 Hæc igitur iustitia per Christum in nobis inchoata,  
 testis est nos in Christo esse. Sed hinc Beza impro-  
 bum illum ariolum agit de quo \*nuper dixi-  
 mus, qui ut fidem suam apud domesticos tuea-  
 tur, alteri pluuiam, alteri serenitatem præ-  
 dicit, ut ab alterutro de mendacio ac fraude  
 convictus, alterius testimonio se defendat,  
 quasi ab altero malè intellectus; quum con-  
 trarium sibi à bono ariolo prædictum esse,  
 alteri iuramento firmabit. Sic bonus Beza le-  
 ctiores hinc suos pugnantibus assertionibus  
 iustificat, ut qui alterutra eum premere ve-  
 lit, siue orthodoxus in prima, siue sodalis quis-  
 piam suus in secunda, habeat vnde se tuea-  
 tur, alteri dicens quòd malè eum intellexe-  
 rit, quum apertè contrarium affirmauerit.

\*Supra ad  
 Rom. 4.  
 in fine c.

Beza pu-  
 gnantibus  
 assertio-  
 nibus le-  
 ctiores iu-  
 dificat.

Ff 4

Hic

Hic enim si premit Bezā orthodoxus, quod necessitatem bene operandi tollat, & liberam peccandi licentiam ponat, dicens peccatum in renatis per Christum pro nihilo haberi, respondet se à nobis malè intellectum, qui postea fatetur, frustra de fide ac Christo apprehenso gloriari, qui re ipsa non ostendat se Christi iustus esse participem, id est, per iustitiam in seipso inchoatam, ambulans secundum Spiritum, &c. Quod si ab altera parte à sodali aliquo suo premitur, cur hanc iustitiæ inchoatæ & ambulandi secundum Spiritum necessitatem talem posuerit, ut abique ea frustra de fide & Christo apprehenso gloriatur; respondebit modè, salua adhuc esse omnia, & soli fidei nihil esse præiudicatum; quia antea præmissa, imputata semel nobis Christi iustitiâ, peccatum pro nihilo haberi: aliquid tamen hic fuisse dicendum propter tam aperta Apostoli verba in contrarium, & ad aliquè fucum Papistis faciendū Hunc ille ludū ludit. Quis enim non videt quàm apertè pugnātia vno serē & eodem halitu, in vna & eadem Apostoli sententia loquatur? Si enim iustitia in nobis inchoata veri nominis iustitia coram Deo non est, sed testis tantum quod in Christo sumus, nec (ut supra ad illa verba, In Christo Iesu, dixi) salutis nostra causa, sed testimonium; falsum est illud alterum, frustra de fide & Christo apprehenso gloriari qui re ipsa non ostendit, id est, qui per iustitiam inchoatam, & ambulando secundum

Verf. 1.  
cap. 1.



dum Spiritum, non ostendit, se Christi Spiritu  
 participem esse. Planè enim non frustra sed  
 meritò & solidè de inuenta salute gloriatur,  
 qui nulla salutis causa indiget, habetque om-  
 nia ad salutem suam necessaria. Si peccatum  
 premito habetur, peccati fuga, quæ est non am-  
 bulare secundum carnem, non est illi necessaria.  
 Si non est necessaria, etiam si illa careat, mo-  
 do Christi iustitia imputata per fidem gau-  
 deat, saluus est, iustus est, de fide & Christo  
 apprehenso gloriari potest. Sed & impiam  
 hanc doctrinam suam priori loco positam  
 magis adhuc manifestat Beza. Non (inquit)  
 idcirco nulla in nobis est condemnatio, quia iustitia  
 fit in nobis inchoata (hoc est, quia secundum  
 Spiritum ambulamus, & re ipsa ostendimus  
 quòd Christi Spiritus participes sumus) sed  
 quia in Christo sumus, in quo plenè sumus sanctifica-  
 ti: eius videlicet iustitiâ nobis imputatâ. Vi-  
 de ergo apertam impietatem. Si iustitia in-  
 choata à damnatione nō liberat quū in no-  
 bis est, profectò nec damnationem adferet si  
 à nobis abest. Quòd si, quum abest, nullam  
 damnationem adfert, profectò, qui ea carer,  
 de sua sola fide & Christo apprehenso meri-  
 tò gloriari potest: nec ad dānationem deui-  
 tandam necesse est vt Christi Spiritus parti-  
 cipem se esse re ipsa ostendat. Absque hac  
 participatione reali saluus est. Ita planè Epi-  
 cuream doctrinam docet Beza, docet Cal-  
 uinus: sed illud docere videri nolunt: ad quā

Ff 5      hoc

Beza  
 doctrinæ  
 aperta impietas.

hoc loco dissimulationem, hæc Apostoli  
verba longè clarissima eos compulerunt.

9. Vos in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen  
Spiritus Dei habitat in vobis. Qui enim Spiritum  
Christi non habet, hic non est eius.

**S**ubiungit hoc Apostolus (ait Calvinus) et  
dat quam necessaria sit in Christianis carnis  
negatio. Regnum Spiritus, est carnis abolitio. In  
quibus nõ regnat Spiritus, illi ad Christum non per-  
tinent. Ergo Christiani non sunt qui carni seruiant.  
Christum enim à Spiritu suo qui diuellunt, com-  
parant mortuo simulachro vel cadaveri similem. In  
semper tenendum est illud Apostoli consilium, gratia  
tam peccatorum remissionem à Spiritu regeneratio-  
nis non posse seungi: quia hoc esset quasi Christum  
discernere. Placet omnino hic Calvinus com-  
mentarius, quia & bonorum operum neces-  
sitate ad salutem docet, sicut Pauli hoc  
loco sententia habet; & præterea non sepa-  
rari à gratuita peccatorum remissione totam  
vitæ innocentiam ac puritatem affirmat;  
quorum vtrunque solam fidem iustifican-  
tem ac saluantem, quæ solam gratuitam pec-  
catorum remissionem cum iustitia Christi  
imputata apprehendit, penitus subvertit.  
Nam & prius ad illa verba, *si tamen Spiritus  
Dei habitat in vobis*, commentatur Calvinus  
hoc modo: *Correctio est appositè subiecta, qua ex-  
citantur ut seipos propius examinent, ne Christi no-  
men frustra prætendant. Hæc autem est certissima*

Imputati-  
na iustitia  
à Caluino  
reprobata.

ut quæ discernuntur filij Dei à filijs mundi, si Dei gratiam ad innocentiam ac sanctitatem regenerati sint. Optimè hæc omnia, & vt ad germanum Apolloli sensum, sic ad alia hæreticorum placita, de sola fide & imputatiua iustitia, & legis seruandæ impossibilitate, & omnium operum nostrorum perpetua immunditie, aliisque similibus, penitus subuertenda plurimum valent.

Hæc quum ita sint, vide tamen quid Calvinus inferat vt lectoris animum aliud longissime abducatur, & saluberrimæ huic Apollolice doctrinæ aliquid veneni immisceatur. Id (inquit) si verum est, mirum est ab Euangelij clarissimis nos arrogantia insimulari, quod Christi spiritum in nobis habitantem agnoscere audeamus. Planè non arrogantia tantum, sed & summæ dementiæ atque impietatis vos omnes insimulamur, qui certitudinem salutis de fide vobis pollicemini propter Spiritum Christi in vobis, vt asseritis, inhabitantem. Quare autem id vobis ita mirum videtur? Nam (inquit) aut Christum abnegare conuenit, aut sateri per eius Spiritum esse Christianos. De ea re quis dubitat? Sed quid hoc ad rhombum? Per Spiritum Dei homines fiunt Christiani: Ergo negare non debemus quin Calvinistæ habeant Spiritum Dei; neque eos insimulare debemus, quod audeant agnoscere Spiritum Christi illis inhabitantem. Talem consequentiam quis puer non irrideret? quis, qui vel primis

Calvini  
puerilis  
argumen-  
tatio.

mis labris differendi artem attigisset, & scelerata non exhiberet? Inter antecedens & consequens quàm multa hinc media desiderantur. Antecedens hoc est: Per Spiritum Dei homines sunt Christiani. Consequens est: Ergo Calvinistæ habent Spiritum Dei. Quis non videt hinc desiderari primum hoc medium? Sed Calvinistæ sunt Christiani. Deinde huius medij probationem, quod necessaria tales sunt. *Nam excitantur hic ab Apostolice mani ( ut ipsemet scribit Calvinus ) ut se propius examinent, ne Christiani nomen frustra tendant.* Tum, si tales modò sunt, an perpetuò futuri sint. Sic enim Spiritum Dei sibi venditant Calvinistæ, tantaque certitudine fidei, ut eo nunquam carere sese prædicant. Postremò, etiam si tales perpetuò futuri sint, an hoc omnibus nobis certò constet, idque de fide. His demum positis, trahit hoc consequens, vera erit hæc conclusio: *Ergo negare non debemus quin Calvinistæ habent Spiritum Dei.* Nunc autem illis quatuor mediis prætermisissis, quæ etiam nunquam probare poterunt, concludit se habere Spiritum Dei, neque hoc à nobis negari oportere. Et videte quanta fiducia eos, qui hoc negant, quod atrocissimi sceleris convicto traducat.

Calvini  
nitra pu-  
tata ac ri-  
dicula.

*risibile ( inquit ) auditu, homines sic à divinis verbis defecisse, ut non modò Christianos se esse iactent, absque Dei Spiritu, sed fidem quoque aliorum prædicant. Atque hæc Papistarum est philosophia.*

quam hic tonitru, magnus verborum strepi-  
 tus: sed nec grando nec pluuia sequitur. Ho-  
 minis impudentia maior est quam quæ meis  
 verbis exprimi queat. Supponit duo: vnum,  
*negare nos per Spiritum Dei fieri Christianos.* At-  
 qui hoc tuum antecedens, Caluine, nemo  
 Christianus negat. Sed turpissimum tuum  
 conueniens cur meritò explodimus, iam le-  
 ctor intelligit. Alterum, quòd horum homi-  
 num fidem, qui audent sibi Spiritum Christi  
 inhabitantem venditare, irridemus. Atqui  
 non fidem, sed præsumptionem impiam, te-  
 merariam, falsam, putidissima hæc cauilla-  
 tione fundatam, non irridemus modò, vt  
 stultitiæ ac dementiæ plenam; sed execra-  
 mur quoque, vt multarum animarum pestem  
 certissimam Et hæc est non philosophia mo-  
 do, sed & Theologia nostra, qua turpissimos  
 Caluini paralogismos, & diuinæ Scripturæ  
 deprauationes sceleratissimas, Dei beneficio de-  
 prehensimus, aperimus, iugulamus.

11. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.*  
 13. *Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, vi-  
 uetis.*

Et hic locus valde perspicuus, illustris, & Bonorum  
 efficac, tum ad bonorum operum neces- operum  
 sitatem & efficaciam demonstrandam, tum ad salutem  
 ad solus fidei iustificationem profligandam. necessitas.  
 Nam & dixerit ait, qui secundum carnem viuunt,  
 mortuos, quos propterea sola fides à morte  
 eripere

eripere non potest; & non minus disertus  
 dit, eos qui Spiritu facta carnis mortificant, id est  
 qui secundum Spiritum ambulant, & opera  
 spiritualia proferunt, victuros, seu vitam eter-  
 nam adepturos; ut propterea ad vitam eter-  
 nam consequendam bonorum operum es-  
 cutio tum necessaria sit, tum efficax. Calvi-  
 nus ipse veritatem hanc orthodoxi amale-  
 ex parte & specie tenus profiteri ex locum  
 dentia cōpulsus est. Sed in fauorem suum  
 res totam Apostoli doctrinā mira cō-  
 arte & astutia penit<sup>9</sup> subuertit. Adhuc  
 Apostolus comminationem, quo arius torpore  
 omnem excutiat. Qua etiam probe resoluunt  
 iustificationem fidei iactant sine Christi  
 Quamquam sua ipsorum conscientia plus iustitiam  
 quantur: quia nulla est in Deum fiducia, nisi  
 & amor iustitiae. Verum est quidem, nos sola  
 misericordia iustificari in Christo; sed aquae  
 verum ac certum, omnes qui iustificantur, vocantur  
 Domino ut dignè sua vocatione vivant. Dis-  
 go fideles, nō in iustitiā modo, sed in sanctificationem  
 quoque Christum amplecti, sicuti in vtriusque  
 nobis datus est, ne mutila sua fide eum lateat.  
 Hæc ille ad priorem versiculum. Quod  
 posteriorem dicat, mox videbimus. Valde  
 quippe artificiosè vtrumque tractat; quod  
 que lupum auribus tenens, nec nullam veritatem  
 dicere audeat, nec totam veritatem  
 profiteri vult. Apostolo apertè contradicere  
 formidat, suæ tamen hæresis caulam delectat.

Pauli clar-  
 rissima  
 verba qua  
 arte elu-  
 dit Calvi-  
 nus.

exponit  
 de his  
 Epistolæ  
 2871021

incoluit. Vt Apostolo ipsique veritati ma-  
 nifeste quadamtenus sermonem suum ac-  
 commodaret, concionatur: *corporem hanc omnem*  
*per me excuti, probè eos refelli qui iustificationem si-*  
*de uolunt sine Christi Spiritu, ubi suos propitius*  
*per pugile visus est; denique à suis iustorum con-*  
*ceptis redargui, qui sine amore iustitiae fiduciam*  
*concupiunt.* Hæc contra eos, qui secundum carnem  
 uiuunt, quasi ex Apostoli sententia conciona-  
 tur. Vt tamen illis parcat, totam in eos A-  
 postoli sententiam non pronunciat. Aposto-  
 lus ait huiusmodi *mortuos*, id est, nullam  
 apud Deum salutem consequuturos. Hoc  
 Caluinus sibi tacendum putauit, ne vitam se-  
 cundum carnem, id est, vitam peccato deditam,  
 & bonis operibus vacuam, nimium contra  
 suos, in sola fide salutem sibi pollicentes,  
 pregrauaret. Satis habuit eos verbis duriti-  
 culis excipere, & quasi homines *pigros*, *ab-*  
*surdos, & paruim consideratos* redarguere: *mortem*  
 illis certò imminetem proponere supersedit.  
 Sic ubi aliquid pro veritate dicere uiderit,  
 nec illam totam dicit, &, quod in ea præci-  
 puum erat, alto silentio inuoluit. Et hoc co-  
 tum est quod pro vera Apostoli sententia di-  
 cere uoluit. Quod tamen exiguum, ne suam  
 ac tuorum causam læderet, quam hoc in loco  
 plurimum laborare & fatiscere uidebat, eius  
 patrocinium studiosè aggreditur. *Verum (in-*  
*quit) est nos sola Dei misericordia iustificari in*  
*Christo.* Quod ad primam illam iustificatio-

Pauli ver-  
 ba primū  
 miuigat &  
 extenuat.

Techna  
 Caluina-  
 na.

Pauli ver-  
 ba cona-  
 tur elude-  
 re.

nem

nem seu iustificationis exordium attinet, verum est, & quoad illius iustificationis causam propriam & efficientem. Nam causa ad illam necessariò disponens in adultis, multa alia requirit, fidem, pœnitentiam, charitatem, spem veniæ, odium peccati, propositum novæ vitæ, & his similia. Ita illa Calvinus propositio multa modificatione indiget. Deinde, de hac iustificatione Apostolus hic loquitur, quia ipsis iam iustificatis loquitur eosque docet quid illis necessariò facerent incumbat, ut iustificationem, vitam, ac salutem adeptam conferuent, & ne semel iustificati nihilominus moriantur. Ait enim *secundum carnem vixeritis, moriemini*. Hæretur adhuc Calvinus propositio ad Apostolum hoc loco sensum prorsus impertinens esse. *dicimus reliqua: Sed æquè & istud verum est, quod omnes qui iustificantur, vocati à Deo digne sua vocatione vivunt.* Non solum ad hoc vocantur, & invitantur, quasi ad rem honorabilem, & vocatione Christiana dignam, sed enim tendit Calvinus oratio ab Apostolo (ubi bis valde diuersa) sed sub periculo damnationis æternæ illis iniungitur, ut *secundum carnem non vivant, sed secundum spiritum; ut desideria carnis non sequantur, sed legis mandata, quæ tota spiritualis est, obedientes seruant: utpote certò morituri si illud pertrant, & certò victuri si istud præstet.* Verumque enim hoc hic locus dicit. Tenentur

Pauli verba iterum extenuat.



nunc quantum Calvinus ab Apostoli sententia recedat, & quantopere illam extenuaverit, ut solius fidei iustificationi ac saluti hoc in loco gravissimè periclitanti succurreret.

Videamus reliqua: *Discant ergo fideles, non in iustitiam modò sed in sanctificationem quoque Christum amplecti, sicuti in vtrumque finem nobis datus est, ne mutila sua fide eum lacerent. Qui* in Caluini dogmatibus ac technis versatus non est, prorsus iudicaret, Calvinum hoc loco dicere, non solùm iustitiam Christi ad remissionem peccatorum nobis imputatam fide amplectendam esse, sed eius quoque sanctificationem retinendam esse; quam Spiritus eius gratia in regeneratis operatur, ut sic non *secundum carnem viuamus, quia in vtrumque finem nobis datus est, tum ut eius iustitia ad remissionem peccatorum nobis imputaretur, tum ut per regenerantem gratiam Spiritus eius participes facti, innocentiam & sanctitatem vitæ retineremus. Sed Caluini sensus longè alius est: & ita loquitur, ut à suis quidem intelligatur, alios verò lectores* verbis ambiguis prorsus ludificet, & naso suspendat ad unco. Caluini enim vera sententia est, Christum nos in sanctificatione amplecti debere, non solùm in iustitiâ, quia non solùm Christi iustitia qua pro peccatis nostris Deo satisfecit, sed etiâ tota eius sanctificatio, tota eius obedientia, puritas, integritas, nobis per

G g fidem

Caluini  
rectum &  
mellitum  
venenum  
expandi-  
tur.

Techna  
Caluini-  
na.

fidem illam apprehendentibus imputatur. Propterea adiecit (quod sui bene intelligit) *ne mutila sua fide Christum lacerent*: id est, ne iustitiam quidem Christi quoad peccatorum remissionem fide apprehendant, sanctificationem autem & totam Christi puritatem, ex qua illis imputata iusti coram Deo habeantur, eadem fide non apprehendant. Hoc suos fideles monet Calvinus ut discant & attendant, & sic hæc Apostoli verba minus timeant, quibus dicit, *Si secundum carnem vivatis, moriemini*. Christi quippe sanctificationem, qui secundum carnem non vixit, & (ut paulo antè dixit) cuius obedientia nobis acceptatur, ut sic legi satisfiat, nosque pro iustis conentur, si fide apprehenderint, futurum esse ut non moriantur, sed vivant. Illam autem, quam dixi, Calvinus sententiam, nos Christum in sanctificationem amplecti, sicuti hic loquitur, adeoque per Christum sanctificari, quia eius sanctitas & puritas nobis imputatur, ipsius Calvinus veram & genuinam esse, hæc eius alibi verba docebunt. *Quare* (inquit) *fide iustificamur? Quia fide apprehendimus Christi iustitiam, qua vna Deo reconciliamur. Hanc verbè apprehendere non possis, quin & sanctificationem simul apprehendas. Datus est enim nobis in iustitiam, sapientiam, sanctificationem, redemptionem. Nullus ergo Christus iustificat, quem non simul sanctificat. Vis ergo iustitiam in Christo adipisci? Christum autem possideas oportet. Possidere autem non potes, quam*

Ad huius  
cap. ver. 4.

Institut.  
lib. 3. cap.  
16. num. 1

sanctificationis eius particeps : quia in frustra  
 accipi non potest. Quum ergo hac beneficia, non nisi  
 seipsum erogando, fruenda nobis concedat, vtrumq;  
 simul largitur; alterum nunquam sine altero. Hæc  
 Calvinus. Tenemus nunc quid sit iuxta Cal-  
 vinum, Christum in sanctificationem amplecti, ne  
 mensura sit fides nostra : nimirum, vt eius sancti-  
 ficationem fide apprehendamus, sicuti iu-  
 stitiam apprehendimus. Vtrumque autem  
 dat, non per aliqua dona nobis inherencia,  
 sed seipsum nobis erogando : quem fide totum  
 apprehendendo totum nostrum facimus,  
 totum possidemus, vt sic iusti ac sancti cor-  
 ram Deo habeamur. Quod ergo Apostolus  
 hic dixit, si secundum carnem vixeritis, moriemini,  
 secundum Calvinum sic intelligi debet : Si  
 Christi sanctificationem & puritatem, qui  
 secundum carnem non vixit, fide non am-  
 plectimini, vt fides vestra integra sit, nõ mu-  
 tula, moriemini. Proh Deum immortalem!  
 Quid est diuinam Scripturam sacrilega au-  
 dacia, scientem ac volentem, ludibrio expo-  
 nere, si hoc non est? Quid est impostorem  
 nefarium agere, si hoc non est? Quid est in-  
 nequaria & astutia circumuenire, si hoc non est?  
 Declamandi hic locus non est. Relegantur  
 que prius tam sancte concionari videbatur,  
 & attendatur in qualem & quam foetidum  
 fumum totum resoluitur, ac postremò ab  
 Apostoli sententia quàm longè latèque dis-  
 celsit.

Pauli ver-  
 ba in sēta  
 Caluini.

Verbi Dei  
 corrupte-  
 la sacrile-  
 ga.

Ephes. 4.

Nunc ut ad alterum huius textus versiculum, *Si autem spiritu facta carnis mortificationis, viueris, lectorē ludat, & diuinæ Scripturæ verba corumpat, videamus. Ita (inquit) temperat Apostolus sententiam, ut non deiciatur. Numquid p̄ys, qui sibi multæ adhuc infirmitatis conueniunt sunt. Nempe visus Caluino Apostolus est priorī versiculo nimis rigidus ac severus. cens: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Caluino adhuc carnali, & sub lege positus, vox illa legē, mandatū, & comminationem sonans, dura, rigida, & aspera visa est. Vnde ergo nunc Apostolum in his verbis hanc sententiam suam temperare: idque ne forte Calvinistis, sola fide vitam sibi pollicentibus, secundum carnem viuere assuetis, animæ verba deijcerent. Quomodo ergo sententiam hanc temperat Apostolus? Nam (inquit) utcumque peccatis sumus adhuc obnoxij, nihilominus vitam nobis promittit, modo carnis mortificatione studium prosequamur. Neque enim excelsit querit carnis interitum, sed tantum enititur ad domandas eius libidines. Nonne præclara Caluini oratio est? præclarus commētarius. Nonne iterum sciens ac volens cauteria conscientia Scripturam Apostolicam deprauat? Nonne sensum verbis Apostolicis profertus contrarium adfert? Apostolus dicitur: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Minime ait Caluinus; & serpentis antiqui vocem mutuat. Nequaquam, inquit, morte moriemini.*

Falsus  
Caluino  
nimis ri-  
gidus ac  
severus.

Cal. cau-  
geriata  
conscien-  
tia Apo-  
stolum  
deprauat.

Gen. 3.

Vicarius

Namque peccatis estis obnoxij, nihilo tamen minus  
 metis: & vitam hic in presentibus verbis pro-  
 mittit Apostolus, modò carnis mortificandæ studium  
 prosequamini. Sed quid si hoc studium non  
 succedat? Quid si boni desiderij effectus non se-  
 quitur, quia impar facultas est, nec reperimus in  
 nobis quod optandum erat, sicuti nuper de ipso  
 Paulo dixerat? Salua res est, ait Calvinus,  
 modò studium adhibeas. Non enim exacte re-  
 quirit carnis interitum, sed tantum eniti nos iubet  
 ad demandas carnis libidines. Nimirum (quod  
 Beza apertis verbis dixit) ut reluctetur quidem  
 spiritus, sed non vincat. Itaque quantiscunque  
 sceleribus ac flagitijs de facto contamine-  
 mini, modò studium virtutis non deponatis, id  
 est, malletis illa scelera ac flagitia non per-  
 petrare, & cum aliquo Dei timore & peccati odio  
 illa perpetratis, (sic enim & nuper dixerat) id  
 est, si non ad extremam impietatem prola-  
 bami, de qua scriptum est, Impius, quum in  
 profundum venerit, contemnet, adhuc vita viuetis:  
 quia hunc tantum pium conatum, eniti ad  
 demandam carnem, non autem ipsam peccati  
 victoriam, non interitum carnis exacte requirit.  
 Patitur Apostolus adhuc vivere & vigere in  
 vobis peccatum, modò ex parte vestra aliqua  
 semper maneat pugna, aliquod studium pie-  
 tatis. Sic paulò antè dixerat, Nulla est in Deum  
 fiducia, ubi non est amor iustitiæ. Amore iustitiæ,  
 studium virtutis dicit, non ipsam iustitiam,  
 aut virtutis opus. Hæc est tota Caluini aperta

Suprà ad  
Rom. 7.  
vers. 19.

Suprà ad  
Rom. 6.  
vers. 10.

Suprà ad  
Rom. 7.  
vers. 19.  
Prou. 18.

Suprà ad  
Rom. 4.  
vers. 12.

Techna  
Caluiniana.

& nuda sententia, quam ille (more suo) homo fallendi peritissimus, paucis & conciliter proferre voluit, vt eius turpitudine minus adueteretur, totaque oratio magis honesta videretur. Nunc autem tota eius sententia penitus introspecta, & in lucem extracta, manifestat eius impietatem (quam etiam alio in loco patefecimus) & praesentis loci execrabilem corruptionem quis non videt? Apollolus quippe non de studio aut conatu aut amore tantum iustitiae loquitur, eoque inani & impossibili, qualem Calvinus fingit; sed de effectu & interitu atque victoria peccati loquitur. *Non quidem carnis interitum exacte requirit*, (vt Calvinus vafre loquitur) id est, totius concupiscentiae extinctionem (ad hanc quippe penitus extinguendam, sopiendam, perimendam, perpetua est iustorum in hac vita pugna & lucta, quae non nisi in altera vita suum effectum & plenam victoriam consequetur) sed *operum carnis interitum* Apollolus exacte exigit. Non dicit, Si carnem mortificaueritis (in quo fallit lectorem Calvinum) sed dicit, *Si facta carnis, τας πράξεις τῆς σαρκος* (quae actiones corporis Beza vertit) mortificaueritis, viuetis. Eadem autem sunt facta carnis, & opera carnis, seu actiones corporis, in Scriptura Euangelica: pro eodem, inquam, usurpantur.

Calvinus pro operibus carnis carne substituit.

Mat. 16.

εργα τῆς σαρκος καὶ πράξεις τῆς σαρκος. Reddit unicuique secundum opera eius; κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Coloss. 3.

ἐξίτη αὐτὸν. Exuentes veterem hominem cum omnibus

Confitentes & <sup>Act. 19.</sup>  
 annuntiantes actus suos; τὰς πράξεις αὐτῶν. Quæ  
 igitur facta carnis, seu opera carnis, seu quos  
 actus corporis mortificandos Apostolus in-  
 telligat, ipse nos docebit. *Manifesta* (inquit) <sup>Gal. 5. 19.</sup>  
 sunt opera carnis, fornicatio, immunditia, luxuria,  
 ebrietas, seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones,  
 emulaciones, ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, homici-  
 dia, ebrietates, comessationes, & his similia; quæ qui  
 agunt, regnum Dei non consequentur. Hæc sunt facta  
 carnis, quæ si mortificauerimus, viuemus. Hæc facta  
 carnis penitus in nobis occidenda sunt, &  
 horum interitum exactè Paulus requirit, vt  
 coram Deo viuamus. Non satis est eniti ad ista  
 educenda, aut studium ad illa mortificanda ad-  
 ferre, sed cum effectu illa mortificanda sunt,  
 penitusque perimenda, vt coram Deo viuamus.  
 Non debemus huiusmodi peccatis esse  
 obnoxij, vt Calvinus permittit, quia qui talia  
 agunt, regnum Dei non possidebunt, non viuent,  
 morte morientur: quicquid serpens Calui-  
 nus blandè in contrarium suggerat; vt sicut  
 serpens seduxit Euam blando illo sermone,  
 Nequaquam morte moriemini, sic ille suos lecto-  
 res seducat blandis illis verbis: Vtunque pec-  
 catis sumus obnoxij, nihilo tamen minùs vitam no-  
 bis promittit, modo carnis mortificanda studium  
 prosequamur. Hi sunt seductoris Caluini dulces  
 sermones & benedictiones, quibus seducit corda in-  
 nocentium. Apostolus vitam promittit, ipsa  
 facta carnis, ipsa peccata quæ ex carne oriun-  
 tur,

Calvinus  
 serpenti  
 diabolo si  
 millimus.

Rom. 16.

Pauli do-  
ctrina &  
Caluini  
corrupte-  
la obser-  
uanda.

tur, penitus occidentibus & mortificationibus non autem desideria huiusmodi peccatorum occidere tota vita conantibus, ipsaque interim peccata perpetrantibus, & qui illis perpetuò obnoxij sunt. Mortificandi verbum hoc loco, *δαπαρῆς*, propriè occidere & morti tradere significat, in quo sensu tum in Evangelio semper (Matth. 26. ver. 58. & 27. ver. 1. Marc. 14. ver. 1. Luc. 21. ver. 16.) tum apud Paulum alibi accipitur: *Vt castigati sed non mortificati: ὡς παιδεύομενοι καὶ μὴ δαπαρούμενοι*. De vera igitur morte veròq; interitu operū carnis loquitur hic Apostolus, in quo consistit nouitas & sanctificatio nostra inchoata. Audiamus Augustinum hæc Pauli verba sapienter explicantem. Citato toto hoc loco quem nunc tractamus: *Hoc (inquit) est opus vestrum in hac vita, actiones carnis Spiritu mortificare, quantum affligere, minuere, frenare, interimere. Quam multo enim proficientes non iam delectantur qua antea delectabantur! Quando ergo delectabat & non consentirebat, mortificabatur: quia iam non delectat, mortificatur. Calca mortuum, transi ad viuū. Calca iacentem, resiste cū resistente. Mortua enim est vna delectatio, sed viuit altera; & illā, dum non consentis, mortificas: cum cœperit omnino non delectare, mortificasti. Hæc est militia nostra, hæc est militia nostra. Hic est huius loci sensus germanus, hæc doctrina saluberrima: quam verisipelli sua blanditiæ hostis pietatis Caluinus penitus eludere & inanem reddere voluit. Facta carnis, à quibus omnes iusti abstinent,*

Serm. 13.  
de verb.  
Apost.

Caluini  
erres.



stinet, vertit in desideria, quibus nemo iustus caret; & ipsam mortificationē actu præstandam, in mortificandi studium ac conatum inefficacem. Hæ eius artes sunt.

14. *Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.*

Probatio eius est quod proximè præcessit. Ne enim quis, audito quòd Spiritu <sup>Carnis facta mortificandi facultas.</sup> facta carnis mortificare oportet, vel id sibi difficile existimaret ex ignavia, vel id se suis viribus præstare posse putaret ex præsumptione, utriusque malo occurrit Apostolus, docēs nec humanis viribus id fieri, sed Spiritu Dei; nec Dei Spiritu carere posse, qui filij Dei sunt. Certa enim filiorum Dei nota, certa felicitas, & Dei erga eos dignatio est, ut Spiritum Dei habeāt, atque ab eo in carnis mortificatione perpetuò agantur, id est, adiumentur; atque ita adiumentur, ut ipsi agant quoque, & agenti eos gratiæ libera electione vel cooperentur, ( ut in sermone præallegato prolixè & copiosè hunc locum pertractans docet S. Augustinus ) vel etiam ab agente gratia deficiant ad seipsos, ut idem docet Augustinus alibi.

Calvinus hunc etiam locum nefariè corrumpit, & scopum ac sensum Apostoli esse ait, *ut his verbis fideles animentur ad indubiã salutis suæ fiduciam.* Atqui de hac fiducia nihil habemus toto hoc capite disputavit Apostolus.

G g 5 Et

Serm. 13. de verb. Apostoli. In enchirid. c. 64.

Calvini corruptela ex ipso probatur Calvino.

Et fatetur Calvinus, hæc verba probationem continere eius quod proximè præcessit. Vnde loquitur contra Calvinū ratiocinamur: Hæc sententia probatio eius est quod proximè præcessit: Sed in eo quod proximè præcessit, de salutis vultu fiducia nihil profusum actum aut dictum est: verum de factis carnis Spiritu mortificationis. Ergo hic locus non ad animandos fideles aliqua salutis fiducia, sed ad animandos fideles ad strenuam carnis suæ mortificationem propriè & vnicè valet. Obseruet autem lector, quòd ex hac simplici ac nuda assertionem nulla ratione, nullo argumento firmata, imò quam euidens ratio falsam conuicit, pernitens ac si fortissima demonstratione probata esset, aut in verbis Apostolicis euidenter conspiceretur, à tota disputatione Apostolica lectoris animum abducit, & tam hanc quam subsequentes sententias ad sensum ab Apostoli verbis totoque hinc scopo & intentione alienissimis violèter contorquet. Mox quippe in hac sententia vide quàm citò concludat, & cornutum struat syllogismum. *Summa* (inquit) *huc redit: Filij Dei sunt, qui Spiritu Dei aguntur: Omnes filij Dei sunt heredes vite æternæ: Ergo certi de vita æterna esse debent, quicumque aguntur Spiritu Dei.* Ponit in conclusione quòd nec propositio nec assumptio continetur: vt propterea talis conclusio non medijs assumptis, sed ex cerebro disputantis capta fuerit. De certitudine, inquam, vita æterna

Conclu-  
siones  
Caluini  
impudē-  
tissimæ.

Caluini  
cornutus  
paralogis-  
mus.

æternæ nec maior nec minor propositio lo-  
quitur, sed sola conclusio. Quod tale in dis-  
putando vitium est, quo vix turpius accidere  
possit. Cæterum seruatis Caluini medijs  
hæc est recta & legitima argumentatio: Non  
sunt heredes vitæ æternæ nisi filij Dei: Omnes  
filij Dei Spiritu Dei aguntur: Ergo omnes  
hæredes vitæ æternæ Spiritu Dei aguntur.  
Hæc conclusio & ex illis medijs rectè conse-  
quitur, & vera est, quia media assumpta vera  
sunt. Debēt omnes hæredes vitæ æternæ, vt,  
quod sperant, certò assequantur (neque enim  
in hac vita nisi *secundum spem hæredes* sunt) Spi-  
ritu Dei agi, non spiritu carnis suæ, vt secun-  
dum Dei Spiritum viuant, facta carnis mor-  
tificantes; non secundum carnem, opera car-  
nis perpetrantes. Vnde iterum certitudo gra-  
tiæ, quam ex hoc loco quasi ex pumice aquâ  
haurire voluit Calvinus, ex huius loci cir-  
cumstantia manifestè refellitur. Nam si ex ope-  
ribus estimandum qualiter affectus sit erga nos Do-  
minus (ait ipse Calvinus) id ne tenui quidem con-  
suetura assequi nos posse fateor. Atqui hæc opera  
secundum Spiritum necessariò requiruntur,  
vt in superiori sententiâ, quam ista confirmat,  
ostensum est. Sed huiusmodi paralogismis,  
& diuinæ Scripturæ manifestis corruptelis,  
nititur Calviniana hodie & Lutherana cer-  
tutudo gratiæ.

Tit. 3.

Certitu-  
do gratiæ  
euertitur.Institur.  
lib. 3 c. 2.  
num. 36.

15. Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba Pater.

Carnis  
opera  
mortifi-  
candi fa-  
cultatis  
datę radix  
& ratio.

CONFIRMAT hic Apostolus datam à Deo facultatem veris fidelibus, & per Christum regeneratis, ambulandi secundum Spiritum, & Spiritu facta carnis mortificatione: quia legem Dei, quæ iubet facta carnis mortificare, & ambulare secundum Spiritum, non secundum carnem, non iam, ut in statu veteris populi, cum seruili timore, sed cum delectatione & amore filiali audimus: Spiritum quippe dilectionis accepimus, non seruilis timoris, & ex hoc dilectionis Spiritum Deum ut Patrem compellamus, colimus, amamus. Sed audiatur potius S. Augustinus germanum horum verborum sensum explicans: Videte quid hinc subiunxerit Apostolus cum diceret, Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt; quia qui Spiritu Dei aguntur, charitate aguntur, statim adiunxit. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore. Quid est, Iterum? Sicut in monte Sina accepistis Spiritum seruitutis in timore. Dicit aliquis: Alius est Spiritus seruitutis, alius Spiritus libertatis. Si alius esset, non diceret Apostolus, Iterum. Idem ergo Spiritus, sed in tabulis lapideis in timore, in tabulis cordis in dilectione, ut non serui sed filij simus. Qui enim adhuc ideo bene agit quia pœnam timet, Deum non amat, non est

Serm. 13.  
de verb.  
Apost.

ter filios. Timor seruus est, charitas libera est: &  
 ut sic dicamus, timor est seruus charitatis. Hæc il-  
 le, & alio loco breuius: Non accepimus Spiritum  
 seruitutis, &c. id est, vt fides in nobis sit qua  
 per dilectionem operatur, non tam timendo pœnam,  
 quam amando iustitiam. Docet igitur Apосто-  
 lus, non secundum carnem viuendum esse,  
 sed Spiritu facta carnis mortificanda; quia  
 filij Dei sumus, Spiritu Dei agimur, moue-  
 mur, excitamur, adiuuamur, vt hoc totum  
 præstemus. Esse autem nos filios Dei inde  
 patet, quia Spiritum adoptionis filiorum Dei acce-  
 pimus, in quo Spiritu, & per quem Spiritum,  
 clamamus, Abba Pater: Deum vt Patrem colimus,  
 amamus, inuocamus. Quid autem Aposto-  
 lus intelligi voluit per Spiritum adoptio-  
 nis, per oppositum docuit, non Spiritum serui-  
 tutis in timore. Ergo vt timor designat Spiritum  
 seruitutis, facitque hominem ex timore pœ-  
 næ aliquo modo legem seruare, ideoque ma-  
 xima cum difficultate seruare, quia inuitus fa-  
 cit, ideoque animo & verè non facit nec verè seruat  
 legem, vt alibi docet Augustinus: sic ab alte-  
 ra parte amor seu charitas designat Spiritum  
 adoptionis, diffusa videlicet in cordibus nostris per  
 Spiritum S. qui datus est nobis, facitque homi-  
 nem amando legem, & (vt Apostolus loquitur)  
 condelectando legi, tota mente alacriter &  
 cordialiter seruire legi Dei, facta carnis mor-  
 tificare, secundum Spiritum non secundum  
 carnem viuere & ambulare, vt sic coram  
 Deo

Epist. 110.  
cap. 21.

Rom. 5.

Deo uiuant, nō moriantur. Ad hunc sensum totum disputationis Apostolicæ filum non rectè & perspicuè ducit.

Quid nunc ad hæc verba Caluinus? *Confirmit* (inquit) *nunc Apostolus illam fiduciam certitudinem, in qua fideles acquiescere nuper uisus,*

Certitudo  
fiduciam  
ab Apo-  
stolo non  
docetur.

*Fallit, mentitur, aberrat. De hac fiduciam certitudine nihil hætenus Apostolus loquutus est, ut contra Caluinum demonstrauimus.*

Eam igitur his verbis confirmare nō potuit. Videamus tamen quomodo præsentem saltem textum eò contorquet. *Huius (inquit)*

*fiduciam certam fidem nobis fieri docet à Spiritu adoptionis, qui nobis fiduciam precandi non distaret, nisi gratuitam veniam obsequando. Spectra hæc sunt*

*cerebri Caluiniani, & idola quæ sibi ipse fabricauit. Spiritus adoptionis facit nos clamare, Abba Pater, & Deum Patrem inuocare: Ergo, quatenus sic oramus, cū illa fiduciam*

*precamur quæ gratuitam veniam nobis obliget. Hæc est Caluini hoc loco consequentia, quæ innumera habet uitia. Primum, quod*

1. *dicitur, In quo clamamus, Abba Pater, oratio aut inuocatio Dei necessariò non intelligitur, sed hoc tantum, quòd Deum amamus ut Patrem,*

*ut charitatis affectum, non precandi fiduciam, illa verba designent, sicuti ex Augustino explicatum audiuius, ipsaque antiche-*

2. *sis Apostolica manifestè docuit. Deinde, et si fiduciam orandi hæc verba complectantur, non tamen huiusmodi fiduciam quæ gra-*

tuam

hanc veniam obfignet, in sensu Caluini: id est, qua  
 merito credamus nos esse de numero electorū,  
 nec à venia peccatorum semel data excidere  
 posse. Talem fiduciam, talem veniæ obfigna-  
 tionē Scriptura non docet, nec in isto con-  
 textu aliquid est quod eā nobis quoquo mo-  
 do insinuet. Præterea, multi inuocant Deum  
 ex præsumptione, nō ex pia fiducia, vt pro-  
 pterea simplex inuocatio piam precandi fi-  
 duciam non cōcludat. Iudæi quippe Christo  
 dicebant: *Nos unum Patrem habemus Deum. Sed*  
 Christus illis respondit: *Vos ex patre Diabolo*  
 estis. Rursus, hæc fiducia precandi Deum ex  
 charitatis radice oritur, qui propriè est Spi-  
 ritus adoptionis, seu donum illud diuini Spi-  
 ritus quo adoptamur, iuxta illud D. Ioannis:  
*Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij*  
*Dei nominemur & simus.* Nisi ergo charitatis  
 opera & huius radice fructus appareant, non  
 pia fiducia sed temeraria præsumptione  
 Deum inuocamus. Postremò (non enim  
 omnia hoc loco dicenda sunt) hoc ipsum  
 quod clamamus, *Abba Pater*, timorem filialem &  
 reuerentiam studiumque colendi Deum  
 in nobis generat, non autem certam salu-  
 tis fiduciam: nisi nos inaniter terret diuina  
 Scriptura, quæ sic habet: *Si Patrem inuocatis*  
*Deum, qui sine acceptione personarum iudicat*  
*secundam vniuscuiusque opus, in timore incolatus*  
*vestri tempore conuersamini.* Quæ verba quan-  
 tum valeant, suo loco explicauimus. Hæc  
 sunt

Precandi  
 fiducia  
 certitudi-  
 nē gratiæ  
 nō probas

3.

Ioan 2.42

Ibidē 44.

4.

1. Ioā. 3. 1.

5.

1. Pet. 1.

17.

funt consequentiæ Calvinianæ vitia.

Videamus quæ adhuc garrir, vt hunc locum in hæresis suæ fauorem detorqueat. *Quæ hanc rem (inquit) id est, hanc indubiam salutem fiduciã, magis illustret Apostolus, duplicem Spiritum statuit; alterum seruitutis appellat, quæ ex lege cõcipere possimus; alterum adoptionis, qui ex Euangelio est. Illum dicit fuisse olim datum in timorem, hunc in securitatem hodie dari. Sic Calvinus. At vbi securitatis verbum in tota Scriptura, nedum apud Paulũ, nedum in hac epistola, nedum hoc in loco, legit Calvinus? Spiritum adoptionis, esse Spiritum securitatis, quæ vtriquem Scriptura dixit? quis tandẽ ex Ecclesiã Patribus docuit? Sed hæc est Caluini ars, hæc astutia, hæc audacia. Quod ipse dici vellet, hoc Paulum, hoc Scripturam dicere affirmat. Nõs verò, qui Spiritũ adoptionis filiorum Dei, Spiritum dilectionis interpretamur, iuxta Scripturas hoc dicimus, nostra nobilissimum Ecclesiæ lumen Augustinum exposuimus, iuxta textus Apostolici necessariam consequentiam asserimus, vt ex precedentibus liquet. Sic Apostolus duplicem Spiritum statuens, Calvinianam fiduciam non illustrauit, sed subuertit. Dilectio enim, quæ operibus bonis carere non potest, Caluini fiduciã, quæ operibus bonis carere vult, non secus ac lux tenebras, aut ardor frigus, aut ignis aquam, penitus fugat, expellit, extinguat.*

Securita-  
tis verbũ  
affingit  
Paulo  
Caluinus.

Caluini  
artes.



16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui  
nostro quod sumus filij Dei.

Timidius hoc loco & frigidius hæc verba  
tractavit Calvinius, quam vel alij horum  
temporū hæretici, vel ipsemet alibi. Fortasse  
quia certitudinem gratiæ, quam ex hoc loco  
certissimè colligi posse opinantur, satis in  
precedentibus confirmatā existimabat. Qua-  
re hic corollaria ponit, rem ipsam non inse-  
quitur. Attendamus ergo quæ vel alij, vel  
ipse alibi, ex his verbis colligūt. Testimoniū  
Spiritus (aiunt illi) infallibile est, & de fide: At  
vero hic à Paulo Spiritus testimonium ha-  
bere dicimur, quod sumus filij Dei: Illud  
ergo tanquam ex fide certum ac firmum ha-  
bere debemus. Sed magis rem vrget Calui-  
nius, idque ea vehementia, vt nusquam ferè  
acrius contra nos insurgat. *Exclamāt (inquit)*  
*Papiste, non vacare magna temeritate, quod de Spi-*  
*ritu Dei sic audeamus gloriari. Quis (inquit) credat*  
*tantum esse istorum stuporem, qui orbis magistri ha-*  
*berī volent, vt in primis religionis elementis ad eō*  
*impetū impingant? Mihi certè credibile non esset,*  
*nos scirentur quæ extant eorum scripta. Hæc ille*  
*quali præfatus. Sed nos flammis istis ita cre-*  
*pitantibus facilè frigidam suffundemus!*  
Nusquam enim insulsius ratiocinatur Cal-  
vinius, aut putidius disputat, quam vbi au-  
thacissimè aduersarium increpat. Paulus (in-  
quit) eos demum filios Dei pronunciat, qui eius Spi-

Chenitij  
collectiq.

Instit. lib.  
1. cap. 2.  
num. 39.

Caluini  
artes.

H h rru

Calvini  
putidum  
mendaciam.

ritu aguntur: hi agi proprio spiritu, diuino autem  
vacuos esse volunt, qui sunt filij Dei. Respondet  
mentiri Calvinum. Proprio spiritu agitur  
qui aut secundum carnem ambulat, aut pro-  
prijs viribus legem implere praesumit. Hoc  
Catholici non docent, sed damnant. Diuino  
Spiritu agitur, qui Spiritus Christi particeps,  
eius gratiae ductu facta carnis mortificat. Hoc  
Spiritu vacuos esse Dei filios non volunt Ca-  
tholici, sed vult Calvinus, qui alium Dei Spiritum  
substituit quo filij Dei agantur, de quo Paulus  
nihil docuit, ut antea ostensum est. Pergit  
Calvinus: Paulus Deum a nobis Patrem appellari de-  
cet, Spiritu talis vocis dictante, qui solus testimonium  
reddere potest spiritui nostro quod filij Dei sumus, et  
tametsi a Dei inuocatione non arcent, Spiritum tamen  
abstrahunt, cuius ductu rite inuocandus erat. Re-  
spondeo: Catholici Spiritum Dei non abstra-  
hunt, de quo Paulus loquitur, Spiritum videli-  
cet dilectionis, ut antea firmatum est, cuius  
ductu rite inuocatur & colitur Deus: sed spi-  
ritum illum abstrahunt quem sibi Calvinus firmat,  
videlicet, qui omnibus & singulis filiis Dei  
certitudine fidei attestetur, esse illos filios  
Dei. Non enim vel solus Spiritus S. testimo-  
nium hoc reddit, ut hic Calvinus affirmat, vel  
testimonium quod reddit, fidei testimonium est.  
Non prius, quia verbum testificandi hoc loco  
ipse etiam Calvinus in commentario annotauit  
vox composita est, *συνμαρτυρεῖ*, quod Beza  
vertit, *testatur una cum spiritu nostro*, ut non so-

Aliud.

Testimo-  
nium ad-  
optionis  
non est à  
solo Spi-  
ritu S.

us Dei Spiritus, sed & charitas Dei diffusa  
 per Spiritum in cordibus nostris, ipsaque no-  
 stra Dei dilectio, affectus noster pius ac san-  
 ctus, quem Dei Spiritus in nobis operatus  
 est, spiritui seu animo nostro testificetur  
 quod sumus filij Dei. Qui sentit se purè dili-  
 gere Deum, habet in se quoddam testimonium  
 quod sit filius Dei. *Qui enim manet in charitate,* 1 Ioan. 4.  
*manet in Deo, & Deus in illo.* Qui autè se purè 16.  
 diligere Deum sentit, ex operibus charitatis il-  
 lud sentire debet, non aliter. *Probatio quippe dile-*  
*ctionis, est exhibitio operis.* Sicut non est ignis, nisi  
 ubi omnia quæ attingit calescunt; sic non est  
 charitas, nisi ubi ad omnia quæ diligi de-  
 bent, aliquod dilectionis opus profertur.

Hinc etiam patet posterius, quod testi-  
 monium Spiritus hoc loco non est testimo-  
 nium fidei, aut de fide certum. Non enim est  
 aliquod verbum expressum, aut reuelatio  
 aliqua, sed est experimentum charitatis ope-  
 rumque eius in nobis, quod nobis testatur,  
 tum Spiritum Dei esse in nobis illius chari-  
 tatis largitorem & operum cooperatorem,  
 tum propter Spiritum inhabitantem esse nos  
 filios Dei. Tale ergo diuini Spiritus testimo-  
 nium, quia cum nostro quodam testimonio con-  
 iunctum est, nec in futurum aliquam certitu-  
 dinem afferre potest, quia mutabilis est homi-  
 num voluntas, & deficere à Spiritu Dei pos-  
 sunt qui Spiritu Dei aguntur, ut iuxta Scri-  
 pturas discretè docuit August. in Enchiridid

H h 2 (loco

Gregor.  
homil. 26.  
in Euang.

A doptio-  
nis testi-  
monium  
non est de  
fide certum.

Cap. 64. (loco nuper citato) nec presentis gratie testimoniū de fide afferre potest, quū nihil de fide credendū sit quod verbo Dei non reuelatur, fideique ac verbi Dei perpetua sit relatio.

Pergit Calvinus: *Paulus Christi sensum negat, qui non aguntur Spiritu Christi: Hi Christianismum confingunt Spiritu Christi non indigentem.* Idem reperit quod prius dixerat, rhotricando, non disputando. Quare & eadem responsio his verbis aptanda. Obserua

Calvinus ex vno falso principio multa colligit absurda.

tem quod omnes istæ antitheses Calvinianæ quibus probare voluit in primis religionis elementis Catholicos omnes turpiter impingere, vno falso principio nituntur, quod illi assumit, non probat: videlicet *Spiritu Dei agere hunc sensum habere, indubiam salutis fiduciam ac certitudinem à Spiritu Dei intus loquente comperere.* Quod antea refutatum dedimus. Ex eodem falso principio, omnia quæ postea ac-

1. Ioan. 3. 24.

1.

2.

Esai. 44. 3.

3.

cumulat, petuntur: *Ioannem dicere, Ex Spiritu quæ dedit nobis, scimus quod manet in nobis Dei Filius: Christi promissiones in dubium reuocari, dum serui Dei sine ipsius Spiritu haberi volumus, quæ super suos omnes effusurum se denunciavit: Spiritu sancto iniurios nos esse, qui fidem, opus eius persequi, ab eo separamus.* Nam in his omnibus Spiritum Dei certitudinis gratiæ testimonium esse, stultissimè præsumit; quum certum sit, in his locis omnibus non fiduciam Calvinianam, sed ipsam in primis dilectionem Dei in cordibus nostris diffusam defig-

auri. Ioannes ita loquitur: *Qui seruat man-*  
*data eius, in illo manet, & ipse in eo: & in hoc*  
*scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem*  
*dedit nobis. Si ex obseruatione mandatorum*  
*scimus Spiritum Dei nobis esse datum,*  
*& manere in nobis; quis non videt quàm*  
*hæc Dei Spiritus à Calviniana fiducia lon-*  
*gissimè abest? Hæc enim fiducia ipso Calui-*  
*no teste, vt suprâ accepimus, penitus concidit,*  
*si vlla operum ratio habenda est. Esaiæ*  
*verba hæc sunt: Effundam aquas super sitientem,*  
*& fuentem super aridam: effundam Spiritum meum*  
*super semen tuum, & benedictionem meam super*  
*propetiam tuam. Quis hîc non videt de donis gra-*  
*tiarum Prophetam loqui, quæ per Christum*  
*nobis collata sunt? de quibus in Euangelio*  
*dixit, Qui bibit ex aqua quam ego dabo ei, fiet ei*  
*fons aquæ salientis in vitam æternam. Hic fons est*  
*scaturigo bonorum quæ assequuntur vitam*  
*æternam, ipsa charitas diffusa in cordibus*  
*nostris, per quam bene operamur. Postremò,*  
*fides quæ peculiare opus est Spiritus S. non*  
*est fiducia Calviniana, sed est fides per dilectio-*  
*nem operans, quæ sola in Christo valet. Ita,*  
*vt dixi, nusquam putidiùs aut insulsiùs dis-*  
*putauit Calvinus, quàm hoc loco, vbi auda-*  
*cissimè & procacissimè Catholicos accusat.*  
*Sic improbi causidici, vbi in causæ defensio-*  
*ne maximè deficiunt, ibi magis frontem ex-*  
*porrigunt, acriori clamore Iudices obrudunt,*  
*& lateribus suis maius negotium faciunt.*

Hh 3

17.88

Ad 1.

Mandato-  
rum ob-  
seruatio  
testimo-  
niū ado-  
ptionis.

Ad 2.

Ioan. 4.

Ad 3.

Gal. 5.

17 *si filij, & hæredes : hæredes quidem Dei, & hæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.*

**V**ilum est nostri temporis hæreticis propter hæc Apostoli verba vitam æternam sic esse hæreditatē sola Dei benignitate filiis collatam, ut per modum mercedis aut iustæ retributionis secundum operum merita a iusto Iudice non rependatur. *Filijs destinata hæreditas* (ait hîc Calvinus: ) *quando igitur non sibi in filios Deus adoptavit, simul hæreditatem quoque destinavit nobis.* Similiter & alij arguunt

Hæreditatis ratio mercedis veritati non officit.

Cæterum ratio hæreditatis nihil officit veritati mercedis. Iustificari peccatorem à Deo, & filium adoptionis fieri, includit ius ad vitam æternam, quæ paterna hæreditas est: quod hîc Apostolus insinuat dicens, *si filij, & hæredes.* Sed quis dubitat, filium, seu naturalem seu adoptivum, ad hæreditatem paternam non aliter ius habere, quàm sub illis adoptionis conditionibus, quas pater aut leges præscribunt? ubi ergo tales conditiones apponuntur, quod filius à patre consequitur, duplici titulo possidebit; hæreditatis, quatenus filius; iustæ mercedis, quatenus sub tali conditione adoptatus. An verò Deus sic nos in filios adoptavit, & hæredes vitæ æternæ constituit, ut nulla conditio apponeretur huius hæreditatis adeundæ? Non longè abeundum est. Apostolus, ne quis hoc vel levi-

Adoptioni nostræ in filios conditio apponitur.

ne existimaret, in proximis verbis conditionem apponit: *Si tamen cōpatimur, ut & cōglorifemur.* Quid ad hanc conditionem Calvinus? *Varie* (inquit) *sunt huius loci interpretationes.* Opinor sanè varias eum legisse sodalium suorum, Melanchthonis, Bullingeri, Bucerii (quorum se commentarios vidisse in præfatione commemorat) in hunc locum cavillationes; ne hæc conditio vel soli fidei (quæ illorum est Helena) præiudicare, vel bonorum operum necessitatem commendare videretur. Sed quid post tam varias cavillationes ipse Calvinus? *Mibi* (inquit) *iste sensus præ alijs omnibus arridet, nos Christi coheredes esse, modo ad cernendam hæreditatem eadem qua ipse via progressus est, ipsum sequamur.* *Conditio* ergo hæreditatis titulo appositam ingenue agnoscit Calvinus, eamque ut necessariam. Ait enim: *Christus per crucem glorie possessionem adiit, ergo & nobis eo modo adeunda est.* Laudo hominis ingenuitatē. Sed quomodo sodalium suorum timori occurreret, qui hanc interpretationem velis remisque fugiunt? Non vult illis deesse. *Non est timendum* (inquit) *quod vereantur quidam, ne sic gloria æterna causam laboribus nostris transcribat Paulus.* *Confidenter* sanè & audacter dictum; & in magnam spem suorum animos erigit. Sed quare, Calvinus, timendum hoc non est? *Siquidem* (inquit) *hæc loquendi formula Scriptura insolita non est.* Atqui hoc maiorem timorem incutit. Si

*Conditio-*  
*nem Cal-*  
*vinus ag-*  
*noscit.*

Cōditio-  
nem elu-  
dere co-  
natur.

enim hæc loquendi formula insolita Scrip-  
turæ non est, imò frequens admodum est,  
quo id frequentius Scriptura dicit, eo cer-  
tius magisq; indubitatum haberi debet. Sed  
profer tādē illud quo tuos à metu liberat,  
nec amplius suspensos tene. *Ordinem* (inquit)  
*potius quem in salute nobis dispensanda sequitur*  
*Dominus, quàm causam, denotat.* Aliquid, Cal-  
vine, dicis; sed nescio an quod omnem so-  
dalibus tuis metū excutiat, & difficultatem  
eximat. Siue enim ordinem siue causam hæc  
loquendi formula denotat, quum hic ordo  
necessarius sit, (vti falsus es) tui autem sode-  
les non secus necessitatem bonorum operum  
fugiant quàm meritum, illorum profectio  
formidinem ac metum non sustulisti, sed au-  
xisti potius. Ita tu cæteris quidem confi-  
dentior, sed nihilo aut melior, aut sanior,  
aut felicior.

Attamen quomodo id, quod de ordine &  
causa distinguis, probas Calvine? Neq; enim  
tua nuda assertio aut sodalibus tuis aliter in-  
terpretantibus, aut nobis satisfacere debet.  
Probo, ais. Nam (inquis) antehac satis assertit  
gratuitam Dei misericordiam cōtra operum merita;  
nunc, dum ad patientiam nos hortatur, non dispo-  
tat vnde nobis proueniat salus, sed quomodo  
Deus gubernet. Ista fortasse, Calvine, tuis ali-  
quo modo satisfecerint, qui, quod verum  
esse volunt, cuiuslibet argumenti specie per-  
suaderi sibi sinunt, sicuti quamlibet excu-  
sationem



tionem admittit, qui placari cupit. Sed nulli profectò aut æquo aut prudenti lectori satisfacere ista possunt. Quod de gratuita Dei misericordia narras contra operum me-  
 rita ab Apostolo antehac asserta, merum delirium & nugamentum esse accuratè contra eas perfidas corruptelas antehac ostendimus. Nec contra operum merita vel vnum verbu disputavit haftenus Paulus, sed contra opera legis scriptæ & naturæ absque fide & gratia Christi multa diuinissimè differunt; ipsa verò iustorum opera varijs in locis (vti nos commonstrauimus) stabilivit: Nec gratuita Dei misericordia bonorum operum meritis quicquam aduersatur; tum quia illa gratuita misericordia à Paulo asserta circa peccatorum remissionem & primam iustificationem versata est, non circa præmium gloriæ, de quo hîc loquitur; tum quia ipsa gloriæ corona, tametsi iusta merces, in misericordia tamen & miserationibus redditur, vt alibi ostensum est. Quod postea subiungis, Paulum hîc non disputare vnde proueniat salus, sed quomodo suos Deus gubernet, nulla est tue assertionis probatio, sed est eiusdem sub alijs verbis repetitio. Non disputare vnde proueniat salus, quid aliud est quàm non docere causam salutis, quod prius dixisti? Disputare quomodo Deus suos gubernat, quid aliud est quàm ordinem denotare què Dominus in salute suorum dispensanda sequitur, quod itidem prius dixeras?

Caluini delirium.

Misericordia Dei gratuita operum meritis non aduersatur.

Caluinus lectores iudicat.

H h 5 Ita

Ita planè lectores suos impostor ludificat, & naso suspendit ad unco. Causam paradoxam allaturus, non nisi idem ipsum alijs verbis repetit; veluti si improbus hospes reiectum lemel à mensa cibum, eundem nouo condimento & fuceo apparatus, pro alio cibi genere hospitibus apponeret. Sic seducuntur etiam Caluino aures præbent, seductori pessimo.

Nunc verò, relictis Caluini corruptis, sanam & germanam huius loci doctrinam explicemus. Planè Apostolus non ordinem tantum, sed & causam salutis necessariam

Operis  
boni patientia non  
ordo sed  
causa salutis est.

Luc. 19.

Rom. 8.

Matt. 19.

Ioan. 15.

his verbis docet, hæreditatem videlicet & gloriam nobis re promissam non nisi conditionatam esse. *Si Christo compatimur, si crucem nostram post Christum quotidie baialamus* (ut Christus ipse à suis exigit) *si Spiritu facta carnis mortificauerimus, si non secundum carnem sed secundum Spiritum ambulauerimus, denique si mandata dei seruiamus*. Sed conditione agnoscit Caluinus, agnoscit & Beza hoc loco: causam autem salutis aliquam in hac conditione poni, negat utique. Atqui ut ius hæreditatis non excludat operum merita; & pro necessitate bonorum operum; sufficit necessariæ conditionis ratio, quam hic agnoscit Caluinus. Necessariam dico ex hypothesi posita hac Dei ordinatione. Nec obstat, aliquos absque hac conditione saluari, seu paruulos baptizatos seu alios receter conuersos ex hac vita sublatis. Sicuti enim restitutio obligat debitorem, & est

est necessaria generaliter loquendo tamen  
 in casu necessaria non fit, nec obliget debi-  
 tum ubi debitor non habet unde restituat;  
 si omnino compati Christo, & per patientiam  
 boni operis hereditatem caelestem adit-  
 re, conditio necessaria est; & obligat om-  
 nes filios Dei generaliter loquendo, tamen si  
 in casu non obliget, quum nec operandi nec  
 patiendi cum Christo tempus aliquod datur,  
 ideoque facultas adimitur. Et istis quidem  
 vita aeterna est mera gratia & pura hereditas;  
 sicut alijs ita est gratia & hereditas, ut etiam  
 sit merces & corona: quod utrumque in pa-  
 rabola de operarijs in vinea Christus docuit,  
 solvens novissimis eundem denarium quem  
 primis, cui pondus & aestum diei sustinuerunt, ut  
 eruditè exponit Gregorius Nazanzenus. Ita  
 sola conditionis necessitas argumento est,  
 non excludi à vita aeterna rationem meriti,  
 quia hereditas est

Conditio  
 bonorum  
 operum  
 generali-  
 ter neces-  
 saria.

Matt. 22.

Orat. in S.  
 lauacrum.

Nunc autem & hanc conditionem vim  
 causae habere ostendemus, & patientiam bo-  
 ni operis ad eundem hereditatis caelestis causam  
 esse, non ordinem tantum. Ac primum,  
 quum ipso capite illae phrasae Paulinae con-  
 firmes, *Si tamen Spiritus Dei habuit in vobis;*  
*Si secundum carnem vixeritis, moriemini;* ac de-  
 mum in praesenti sententia, *Si filij, & heredes;*  
 causam denotant, ut Spiritus Dei inhabitans  
 vera causa sit cur credentes in carne non vi-  
 vant, vita secundum carnem, vera causa sit  
 mortis;

Bonorum  
 operum  
 conditio  
 vim cau-  
 sae habet.

mortis; esse Dei filium, vera causa sit quod  
 talis sit hæres Dei: cur tandem, obsecro, hæc  
 quoque particula, *Si compatimur, & conglorifi-*  
*cabimur*, veræ etiam causæ, non ordinis tan-  
 tum, ratione nõ habebit? Nihil planè obstat,  
 nihil impedit, nisi quod hæretici Scripturam  
 sanctas secundum sua placita loqui voluerunt,  
 ut eadem loquendi forma, quum ipsis videatur,  
 causæ vim habeat; quum non videatur,  
 non habeat. Qua hominum audacia & impietate  
 nihil magis impium.

Deinde, cum Apostolus hanc conditionem  
 inferat ex eo quod *Christo coheredes* facti  
 sumus, videamus an Christi passiones gloriae &  
 exaltationis ipsius causa nõ fuerint. Sanè ipse  
 Christus dixit: *Oportuit Christum pati, & intrare*  
*in gloriam suam*. Atqui hinc cõditionem  
 quidem necessariam & ordinè poni, causam  
 autem non poni, cauillabitur fortè Calu-  
 nus. Audiamus igitur quid Paulus de eadem

**Philip. 2.** Christi passione scribat: *Humiliauit semetipsum,*  
*factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem*  
*crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & de-*  
*dit illi nomen quod est super omne nomen, &c.*  
 Quid apertius, quid luculentius dici poterit  
 Propter quod, ait Paulus, id est, propter tan-  
 tam humilitatem, & tam acerbam passio-  
 nẽ, Deus exaltauit illum. Causa igitur exal-  
 tationis erat passio. Aut si hæc verba causam  
 non explicant, quæ tandem verba illam ex-  
 plicare poterint? *Christo igitur coheredes, &*  
*compa-*

amur, conglorificabimur: vt quemadmo-  
 dum glorificationis in Christo nō ordotan-  
 tum aut modus, sed veri nominis causa (quā  
 etiam disertè explicat Esaias Propheta) fuit <sup>Cap. 55.</sup>  
 eius amara passio, sic, vt nos cum Christo <sup>12.</sup>  
 glorificemur, passiones nostrę & cruces in  
 hac vita, totaque boni operis patientia, qua  
 videlicet, accepto verbi *semine. fructum facimus* <sup>Luc. 8.</sup>  
 patientia, non ordinis tantum, sed & verę  
 causę rationem habent. Hanc causam in die  
 retributionis Iudex ac Dominus noster ex-  
 ponet, etiam hereditatis titulo adiuncto,  
 quando dicturus est, *Venite benedicti Patris mei,* <sup>Matt. 25.</sup>  
*possidete,* seu iure hereditatis accipite, κληρονο-  
 μίας, paratum vobis regnum, &c. *Esuiui enim,  
 & dedistis mihi manducare:* & quę sequuntur.  
 Quę misericordię opera veram causam adi-  
 tu hereditatis esse, illo in loco contra Calui-  
 ni caullationes ostendimus. Hęc pauca pro  
 multis huic demonstrationi satis esse pos-  
 sunt.

Non sunt condigna passiones huius tempo-  
 ris ad futuram gloriam qua reuelabitur in  
 nobis.

Olet hic locus à vulgo Protestantū con-  
 tra merita patientię boni operis respectu  
 vitę æternę proferri: quia causa aut meri-  
 tum esse nequit, quod nullam habet dignita-  
 tem seu valorem ei respōdentem, cuius cau-  
 sa aut meritū esse dicitur: quū nec vllus ef-  
 fectus

fectus causam suam excedat, nec meritum esse  
 possit quod ad mercedem proportionem  
 habeat. Sed hanc leuiculam obiectionem  
 lexit Calvinus, nec attingit Beza; aliam  
 minus leuiculam ac ridiculam accusationem  
 eius loco ponentes; *Scholasticos ex his verbis  
 male intellectis distinctionem friuolam congruam  
 condigni hausisse.* Nec enim illa distinctio fri-  
 uola est, sed necessaria; nec ex hoc loco illa  
 hauritur, sed in hoc loco satis insinuat.  
 Ceterum quum Apostolus non de condigni-  
 tate aut ratione meriti, sed de condignitate  
 ac ratione aequalitatis inter passiones pro-  
 sentes & gloriam futuram in his verbis lo-  
 quatur, & hoc solum doceat, id quod dicitur  
 rat, *Si compatimur, & conglorificabimur*, dicitur  
 nobis ac arduam conditionem videri non de-  
 bere; eò quod si cum magnitudine gloriae  
 nostrae passiones conferantur, leuissimi mo-  
 menti habere debeant, nullaque sit inter fu-  
 turam gloriam & illas comparatio, (quae  
 sensum Calvinus amplectitur, & olim Patres  
 docuerunt; Chrysostomus, Theodoretus,  
 Oecumenius in hunc locum, S. quoque Au-  
 gustinus, & post eum D. Thomas) non tra-  
 cur hanc verba contra merita bonorum ope-  
 rum reliqui Protestantes ventilarent. Sed  
 non aequiualet arbori magnitudine; caulis  
 tamen & principium aliquod arboris est.  
 Paucorum annorum militia non aequiualet  
 multorum annorum paci & opulentiae qua  
 inter-

Condigni  
& congrui  
distinctio.

Angust.  
de ciuit.  
Dei lib. 5.  
cap. 18.  
Tho. 2. 2.  
q. 100.  
art. 1.  
Merita  
bonorum  
operum.

interdum fruuntur milites: imò omnem pe-  
laborem, qui nisi momentaneus est, honor  
la gloria etiam huius seculi longè superat,  
ista illud, *προς απει, δεξα μενει*, & tamen  
tam militiæ diuturna cum pace prosperitas,  
quam brevis laboris honor diuturnus, vera  
merces est. Sic bona opera *saliunt in vitam* 10an. 4.  
*etiam; & id quod leue ac momentaneum est tri-* 14.  
*ulationis nostra, æternum gloria pondus operatur* 2. Cor. 17.  
in nobis: id est, efficaciter acquirit, vt elegan-  
ter exponit S. Augustinus super illa verba, Enarr. in  
*Rejingu laborem in praecepto.* Psal. 93.

24. Spe salui facti sumus.

Obseruandum hîc venit, salutē nostram  
Attribui spei, sicut alijs in locis fidei,  
charitati, mortificationi carnis, bonis operi-  
bus. Nempe quum sicut virtus ex tota causa  
est, sic & ad vnum effectum producendum  
multa concurrunt, tum parti integrali tota  
virtus, tum causæ partiali totus effectus  
sepe admodum in Scripturis tribuitur: non  
quia cetera negantur, sed quia non omnia  
vno & eodem loco dici necesse est. De hac  
Synecdoche Scripturis sanctis visitatissima  
sepe admonet S. Augustinus. Dicit vna  
Scriptura; *Omnis qui credit, natus est ex Deo: di-*  
*cit alia; Omnis qui diligit, natus est ex Deo. Rur-*  
*sum dicit vna Scriptura; Iustus ex fide viuit: di-*  
*cit hîc alia Scriptura; Spe salui facti sumus: dicit*  
*etiam alia; Si vrs ad vitam ingredi, serua man-*  
*data.*

Salutis  
causæ aliq  
præter fi-  
dem.

De fide &  
operibus  
cap. 13.  
23 25.  
De nat. &  
grat. c. 68.  
1. Ioan. 5.  
1. Ioan. 4.  
Rom. 2.  
Matt. 19.

*duta*. Hæc vna res non obseruata, vel neglecta, frequentem hæreticis errandi & in errorem mittendi occasionem dedit. Sanè horum verborum tractationem tum Caluini tum Beza penitus intactam reliquerunt. Nullas quippe Scripturas libenter percontant, quæ alteri salutem tribuunt quam fidei.

38. *Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, imò & qui resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, & interpellat nos?*

**S**ensus horum verborum satis perspicuus & clarus est, siue totum per interrogantem legatur, vt in nostro textu habet, & legendum esse iudicat Augustinus; vt interrogantiones percontationi subiectæ negationis habeant; siue quod percontationi subiectur, affirmatiuè legatur, subaudito verbo (vt Nouatores volunt, Caluinus, Beza, alij) quæ tamè lectio in idem recidit, videlicet electos & ab accusatione & à condemnatione liberos esse; quia, ne iustè acculentur Deus illos iustificauit; &, ne omnino condemnentur, Christi mors, resurrectio, gloria & perpetua apud Patrem interpellatio potentissimè effecerunt. Per mortem Christi, remissa sunt illis peccata; per resurrectionem, vitæ nouitas ac iustitia illis collata.

De doctr.  
Christian.  
lib. 3. c. 2.

Electo-  
rum certa  
salus.



collata; per gloriam cælestem, via illis ad  
 celum est parata. per interpellationem per-  
 petuam, leuiores illis peccata condonantur,  
 vt Ioannes diserte docuit dicens, *Si quis pecca-*  
*uerit, aduocatum habemus apud Patrem, Christum*  
*filium unigenitum, qui est in similitudine*  
*gloriæ, et in similitudine nature patris, qui*  
*propter peccata nostra seipsum oblatum est*  
*in sacrificium, ut seipsum pro nobis redderet*  
*in redemptionem, et in remissionem peccatorum*  
*in similitudine nature patris, qui est in*  
*similitudine nature patris, qui est in*  
*similitudine nature patris, qui est in*  
 & vt à charitate Dei nihil illos ab-  
 strahere possit, vt mox in sequentibus dicit.  
 Hic tamen aliquid sui fermenti inspergere  
 reueticus Calvinus voluit. *Animaduertendum*  
*(inquit) hic est, quod saepe antehac monuimus,*  
*quod nihil esse aliud iustificari, quam Dei sententia*  
*absolutos pro iustis haberi. Hoc quidem saepe*  
*Calvinus monuit, sed falso & frustra id ab eo*  
*factum esse nos eum admonuimus. Putat ta-*  
*men hoc demum loco se illud euincere posse,*  
*vt maiori admonitione non sit opus. Neque*  
*vero (inquit) difficile est in presenti loco id euincere,*  
*vt argumentatur a positione vnius contrarij ad alte-*  
*rius destructionem; siquidem absoluere, & in reos re-*  
*spicere, contraria sunt. Itaque nullam aduersus nos*  
*actionem admittet Deus, quia omni culpa nos*  
*absoluit. Hæc ille. Paulum hic argumentari*  
*a positione vnius contrarij ad alterius destru-*  
*tionem, verum est, ideoque nequiter Cal-*  
*uinus antitheses hoc loco Apostolicas peni-*  
*tas transponit, vt quod priori interrogationi*  
*subijcitur, seruiat secundæ, & vicissim, quod*  
*secundæ subijcitur, respondeat primæ: quia*

1. Ioan. 2.

Rō. 8. 28.

Iustificari  
 aliud quã  
 absolui.

Apostoli-  
 cas anti-  
 theses  
 corrigit  
 Calvinus.

Iti (inquit

(inquit Calvinus) Dei absolutio condemnationi, & Christi patrocinium accusationi respondet, ut propterea debuerit Paulus hæc duo membra sic pariter inter se opponere: Quis accusabit? Christus est qui intercedit. Quis condemnabit? Deus est qui iustificat. Non enim satis exactè in suas partes digestas antitheses videntur. Hæc Calvinus, & hæc transpositionem laudat Beza, sub nomine doctissimi interpretis, qui hoc semper vocabulo in suis Annotationibus Calvinum intelligit, sicuti nos, quum Apostolum absolute dicimus, Paulum notamus. Ita se isti multum tuò scabunt. Sed quæ est hæc vtriusque arrogancia, antitheses Apostolicas corrigenda, & non satis exactè digestas adterenda, denique Apostolum docere quomodo potius debuerit antithesum membra inter se opponere? Sed quare hæc transpositio inventa est? ut probabilius doceret per iustificationem hoc loco nihil nisi absolutionem significari. Verum enim condemnationi opponitur absolutio. Non vult ergo Calvinus Paulum dicere quod dicit, Quis accusabit? Deus qui iustificat, sed hoc dicere, Quis condemnabit? Deus est qui iustificat, id est, absoluit. Sed quis volet magis Calvinum iudicio credere quam Pauli? Textum igitur Calvinus legant & sequantur Calvinum, ut ille eorum Apostolus fiat. Nos, Ecclesiæ Apostolicæ filij, Apostoli textum & antitheses ab eo sapienter digestas tenemus.

Calvini  
& Beza  
non ferenda  
arrogancia.

Textus

Textu ergo & lectione Apostolica retenta, videamus an Dei iustificatio, accusationi opposita, Dei absolutionem significare debeat. Omnino, ait Calvinus. *Siquidem absolute, & in reos recipere, contraria sunt.* Verum quidem hoc est: sed nunquid Paulus hæc inter se hoc loco opponit? An ille hæc verba habet: *Quis in reos recipiet? Deus est qui iustificat,* id est (vt ille vult) absoluit? Si iuxta transpositionem à seipso factam, pro eo quod Paulus dixit? *Quis condemnabit?* reponit hæc verba, *Quis in reos recipiet?* quod quidem aliquo modo æquipollet, illam reiicimus, vt Caluini textum, non Apostoli. Si iuxta ordinem à Paulo seruatim, pro eo quod ille dixit, *Quis accusabit aduersus electos?* hæc verba reponit, *Quis electos in reos recipiet?* dicimus ista nullo modo æquivalere, sed penitus esse diuersa. Nō enim qui accusat, in reos recipit, sed reos peragit seu constituit; & vt à Iudice in reos recipiantur, atque pro reis condemnentur, statigit. Hoc tamen in illis verbis Caluini dicere voluisse, sequentia apud eum verba insinuant: *Itaque nullam aduersus nos accusationem admittet Deus, quia omni culpa nos absoluit.* Ceterum quis non videt, accusare, & accusationem admittere, ad eandem rem non significare, vt ad diuersas planè personas illa pertineant? Qui enim accusat, actor est: qui accusationem admittit, Iudex est; siue eo nomine intelligas simplicem causæ cognitionem

Accusare non est condemnare.



Caluini  
Iudus.

& examen, siue accusationis factæ & criminis intentati approbationem. Vtroque enim modo admittitur accusatio, siue vt audiatur, siue vt approbetur, & pro actore iudicetur. Libenter autem Calvinus in ambiguo ludic, vt imperitum lectorem ludificet, doctum fatiget, & aliquam elabendi rimam inueniat, nisi vndique conclusus & conculcatus herbam porrigere cogatur. Dico igitur, absolueret, & in reos recipere, siue accusationem sic admittere, vt ea approbetur, & reus ab actore constituitur, pro huiusmodi Iudice habeatur (quod verè est condemnatio, verè esse contraria; sed hanc oppositionem Apostolum non facere, qui in primo iugum non condemnationem & iustificationem, sed accusationem & iustificationem opponit. Dico rursum, absolueret, & in reos recipere, siue accusationem sic admittere, vt illa simpliciter audiatur, non esse contraria, quippe modo admittitur accusatio, siue absolutio sequatur, siue condemnatio) ideoque ex primo oppositionis iugo probari non posse, verbo iustificandi, absolutionem significari, sed antithesim seu oppositionem Apostolicam in proprijs terminis accipi debere sicuti sonat; hoc modo: *Quis accusabit aduersus electos Dei?* Id est, quis iustam & legitimam accusandi materiam habebit? Nam defacto electos Dei à diabolo perpetuo accusari, certum est, nisi mentiatur ille qui à diabolo

diabolo dixit: *Hic est accusator fratrum nostrorum, qui accusat illos ante Deum die ac nocte.* Sed iustè, legitimè, & meritò electos Dei acculare nec ille nec totus mundus potest, quia *Deus est qui iustificat*, id est, qui illos iustitia & sanctitate donavit; ut nulla totius mundi aut diaboli accusatio aliquod illis crimen accusatione dignum impingere queat.

Apo. 12. 10.

De condemnatione & absolute in altero iugo agitur. *Quis est qui condemnet?* Sanè nemo. *Quare?* Quia Christus sua morte illorum peccata expiavit, & pro quotidianis delictis quotidie interpellat, ac demum futuram eorum felicitatem & gloriam sua resurrectione & presenti apud Patrem gloria luculenter demonstravit. Iustificandi igitur verbum hoc loco eam significationem necessario habebit, quam hactenus apud Paulum habuit, id est, iustitia à Deo donari, siue ex fide, siue ex legis observatione, ambulando secundum Spiritum, non secundum carnem. Vtrumque enim Apostolus in precedentibus docuit, & utroque modo iustificamur gratis per gratiam Christi. Contra electos à Deo iustificatos, fide bonisque operibus ornatos, nulla accusatio vim habebit: ut verbo iustificandi non ipsa absolutio, sed causa absolventi, siue irritæ & falsæ accusationis ratio notetur; quasi diceret, Frustra à diabolo & mundo accusantur, qui à Deo per Christum in Spiritu Sancto iustificati sunt, abluti

Iustificatio causam absoluteionis notat, non est ipsa. 1. Cor. 6. 11.

Ii; sunt,

sunt, sanctificati sunt, vt alibi Apostolus loquitur. Sed vide nunc qualem Dei iustificacionem Calvinus hinc ponit, vt absolventi verbum in textum intrudat. *Diabolus* (inquit) *accusator est piorum omnium: lex ipsa Dei, & propria etiam conscientia, eos redarguit: sed apud Iudicem qui eos iustificat, absoluit, & pro iustis habet, nihil haec omnia proficiunt.* Sic iuxta Calvinum diabolus piorum omnium accusator non erit amplius diabolus, id est, calumniator & mendax (quod diaboli nomen sonat) sed erit accusator iustus & verax. Si enim quos ille pios accusat, eos ipsa lex Dei & propria conscientia redarguit, profectò verus eorum accusator erit. Non enim nisi ob legis transgressionem accusabit, nec alia obijciet crimina quàm quorum propria conscientia reos redarguit. Videte qualem facit Apostolus sententiam. *Quis accusabit aduersus electos Dei, quos lex Dei & propria eorum conscientia redarguit? Deus est qui tales iustificat, absoluit, & pro iustis habet.* An aliquid magis impium dici audeceri potuit? Si enim diuina Scriptura abominabile verumque dicit, qui condemnat iustum, & qui iustificat impium; quanta Caluini blasphemia est, quòd ipse Deus iustificat impios, id est, absoluit impios, & habet pro iustis! Scimus à Deo iustificari impium, vt ex impio iustus fiat, ex reprobò electus, ex legis transgressore factor legis, ex immundo mundus, & ex impuro sanctus; ereptus de potestate tenebrarum, &

Calvinus diabolum iustificat.

Apostoli sententia abominabilem reddit Calvinus.

Prouer. 17. 15.

Impius quo sensu à Deo iustificatur. Col. 1. 13. 1. Ioan. 3. 14.

transferatur in regnum dilectionis Filij Dei: sed ut  
Deus iustificet impiū, id est, absoluat impiū  
reliūti iustum, & habeat impium pro iusto,  
hoc quum Scriptura in homine quouis pro  
abominabili habeat, de Deo iustissimo Iu-  
dæe sine blasphemia cogitari non potest.  
Sed tales blasphemias Calviniana coquit  
Theologia.

Istis blasphemijs addit nobile mendaciū,  
cū magna faruitate & temeritate cōiunctum.  
Hæc (inquit) sic nominat Paulus, ut nihil ad-  
dubitet se in ipsorum esse numero. Neque id ex speciali  
revelatione (quemadmodum sophista quidam men-  
tatur) sed ex communi piorum omnium sensu.  
Quomodo hoc probat Calvinus, aut vnde  
id nobis facit probabile? Ne vno quidem  
verbo confirmat. Dixit, & abiit. Quare qua  
hoc ab illo facilitate dictū est, eadē à nobis  
facilitate contemnitur. Nec mandata & do-  
ctrinas hominum attendimus, sed quid Dei  
verbum nos doceat.

Nunc huic audaci mēdacio aliud subnectit  
magis perniciosum. Quod ergo h'c de electis dicitur,  
vniquisque piorum exemplo Pauli ad se trahat.  
Hæc est certitudo gratiæ Calviniana, ex pro-  
prij cerebri commentis enata; nec aliud fun-  
damentum habens, quàm quod illi temere &  
falso præsupponunt. Supponunt de Paulo,  
quod nihil addubitet se ponere in electorum  
numero, absque vlla speciali revelatione.  
Deinde supponunt, vnumquemque exem-

Calvini  
mendaci-  
um audax

Certitudi-  
nis gratiæ  
fundamē-  
tum.

plo Pauli idem ad se trahere oportere. Ita  
 supponunt, non probant. Ex istis suppositis,  
 penitus incertis, inanibus, falsis, suam  
 fabricant gratiæ certitudinē. Atqui nos non  
 incertum aliquid supponendo, sed ex certis  
 Dei verbo disputando, atque adeo ex ipsius  
 Pauli verbis, hoc eorum commentum re-  
 fellimus. At enim Paulus: *Cassigo corpus*  
*meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum*  
*prædicauero, ipse reprobus efficiar.*

1. Cor. 9.  
27.

Audiamus quid adhuc Caluinus disputat.  
 Alioqui non modo frigida esset doctrina, sed penitus  
 mortua iaceret, si electionem sepeliret in arcano Dei  
 consilio. Sed quum sciamus datā operā hic præferri  
 quod priorum vnusquisque ad se accommodare de-  
 beat, non dubium est, nos omnes ad vocatiōnis no-  
 stræ examen adduci, ut statuamus nos esse Dei filios.

Electio  
 in Dei fo-  
 lius arca-  
 no iudi-  
 cio ma-  
 net.

Hæc ille. Caluino frigida adeoque mortua  
 doctrina videtur, si electio in arcano Dei con-  
 silio cōclusa maneat, vel, ut odiosè loquitur,  
 sepeliatur. Paulus ergo frigidam & mortuam  
 doctrinam tradidit, quum acriter multisque  
 verbis doceret, non esse ante tempus iudi-  
 candum, non solum de alijs, sed neque de  
 nobis ipsis. *Se / neque (inquit) meipsum iudicabo.*

1. Cor. 4.  
4. & 5.

*Qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque, fratres,  
 nolite ante tempus iudicare, scilicet vel alios, vel  
 vos ipsos; nisi fortè, quod Paulo non licuit,  
 illis licuisse arbitremur. Docet ergo, neminem  
 posse de seipso iudicare, an coram Deo*

1. Cor. 4. 4 iustificatus sit. De eo enim loquitur: *Nihil*



*mihi conficius sum, sed non in hoc iustificatus sum.*  
 Ergo Paulus seipsum iudicare non potuit,  
 nec debuit, esset ne iustificatus an non, sed  
 solus Dei hoc esse iudicium affirmat; neque  
 in hac vita, sed tunc demum, quando illumi- *1. Cor. 4. 5*  
 nabit abscondita tenebrarum, ut tunc laus sit uni-  
 que a Deo: quantus impostor, quam men-  
 dex & nequam Calvinus est, qui hanc frigi-  
 dam & mortuam doctrinam vocat! Quis enim  
 se de numero electorum esse statuere potest,  
 qui de numero iustificatorum se esse statuere  
 non potest? An aliqui fortè electi sunt, qui  
 non sint iustificati? Atqui quos praeordinavit, *Rō 8. 30*  
 huc & vocavit, quos autem vocavit, hos & iustifica-  
 vit. Si ergo Paulus seipsum iudicare non po-  
 tuit an esset iustificatus, sed solus Dominus  
 hoc iudicare debuit, (*Qui autem iudicat me,* *1. Cor. 4. 4*  
*Dominus est*) invidè contra Calvinum con-  
 cluditur, Paulum seipsum iudicare non po-  
 tuisse, an esset electus. Sed audax & cæcus hæ-  
 reticus quid effutiat, quid garriat, non videt.  
 Hanc autem doctrinam, de electione cuius-  
 que in arcano Dei consilio reposita, & ne-  
 mini mortalium in hac vita (absque specia-  
 li privilegio) cognita vel explorata, non  
 mortuam & frigidam sed saluberrimam &  
 necessariam doctrinam esse, docuit sapien-  
 ter contra Calvinum S. Augustinus. Cuius *De cot-*  
 verba in Antidotis nostris Evangelicis nuper *rept. &*  
 protulimus, & vitandæ prolixitatis causa *grat. c. 13.*  
 (prolixiora enim sunt.) hic prætermitti- *Ad Ioan.*  
 mus. *cap. 10.*  
*ver. 28.*

I i s mus.

mus. Quibus ita explicatis, conclusio  
Calvinianæ absurditas palpandam se præ-  
bet, qua ait, nos omnes hoc loco ad vocati-  
onem nostram adduci, ut statuamus nos esse Dei filios.

1. Cor.  
13. 5.  
1. Ioan. 3.  
21. & 22.

Vocamur hîc certè ad hoc examen, ut illud  
discutiamus, nos quoque ipsos diligenter  
inspiciamus, & probemus num simus in fide, cum  
cor nostrum nos non reprehendat, ut fiduciam habe-  
mus apud Deum, num opera nostra placita sint  
coram Deo: non quidem ut propterea statu-  
amus nos esse filios Dei in sensu Calvini, id est,  
certitudine fidei credamus nos esse de numero

1. Cor. 4. 4.

electorum, (quod est iudicare nos ipsos non  
tempus) sed ut de electione nostra bonam spem

Tit. 3. 7.

concipiamus. Sumus enim ad hoc heredes se-  
cundum spem, & hac spe salvi facti sumus, id est,

Rô. 8. 24.

hæc spes ad salutem nobis necessaria est, fide-  
tis, & firma; non autem certitudo aliqua fi-  
dei cui subesse falsum non potest. Certitudo  
autem fidei à certitudine spei quantum dif-  
ferat, alio in loco explicatum dedimus.

In opere  
de Iustifi-  
cat. lib. 9.  
cap. 11.

38. Certus sum quod neque mors, neque vita,  
neque Angeli, neque Principatus, neque Vir-  
tutes, &c. neque vlla creatura poterit nos se-  
parare à charitate Dei quæ est in Christo  
Iesu.

Certitu-  
do gratiæ  
à Paulo  
non do-  
cetur.

Hinc etiam locum Calvinus magna con-  
fidentia pro sua quam finxit, & tanto-  
pere adamauit, gratiæ ac benevolentiæ divi-  
næ fixa atq; immota certitudine, plurimum  
valere

tere iudicavit. Sensus (inquit) est, non esse me-  
 moriam ne adoptionis fidem debeat quantumvis  
 salutaria malorum continuatio. Itaque istud Schola-  
 stico non obscure repugnat: qui neminem de finali  
 perseverantia certum esse nugantur, nisi specialis re-  
 solutionis beneficio, quod rarissimum ipsi faciunt.  
 Hoc dogmate destruitur tota fides: qua certè nulla  
 est, nisi ad usque mortem & post mortem quoque ex-  
 tendatur. Nos autem contra oportet considerare, quòd  
 quæcumque in nobis opus bonum, perficiet usque in diem  
 Domini Iesu. Hæc ille, qui & alibi in hæc verba  
 scribit: Fidelis non est, qui non possit sua salutis se-  
 curitatis immicus, cum Paulo dicere, Certus sum quòd  
 neque mors, neque vita, &c. & divina erga se be-  
 nivolentia promissi, ne fretus indubitatam salutis  
 expectationem præsumere. Hæc iterum ille. Idem  
 ceteri hodie hæretici omnes. Nec alius locus  
 est in quo magis pro suo hoc dogmate planè  
 vanissimo & pestifero exultant. Sed facilis  
 & in promptu solutio est. Verbum Pauli,  
 Certus sum, πεπεισμαι, quod Calvinus vertit,  
 Persuasus sum, Beza, Persuasum mihi est, à quo  
 vno verbo tota vis argumenti pendet, non  
 habet illam vim & energiam quam illi sibi  
 ineptè persuadent. Non dicit aliquam fidei  
 certitudinem cui subesse falsum nequeat,  
 sed moralem tantum confidentiam, spem,  
 atque fiduciam bonam. Hoc autem non ex  
 coniectura dici, sed ex certa & liquida veri-  
 tate, frequens huius verbi apud Paulum usus  
 demonstravit. Infrà hac eadem epistola, ad  
 quos

Instit. lib.  
 3. cap. 2.

Rō. 15. 14. quos scribit, ita loquitur: *Certus sum & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, & omni scientia, &c. utitur verbo, περσυσμα, & vertit Beza, Persuasum habeo. Sed quid? At dicent hæretici Paulum certitudine fidei infallibili istud cognouisse? Atqui de infallibili certitudine ait Paulus: Nemo novit quid sit in homine, nisi Spiritus hominis qui in ipso est. Recursum quum Timotheo scribit Paulus, Recursum dationem accipiens eius fidei que est in te non p̄tā, que & habitavit primū in aīa tua Loide & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te, περσυμα δ' ὄτι καὶ ἐν σοὶ. An Paulus certitudine fidei persuasus erat in Timotheo eandem fidem non fidam habitasse, quæ in parentibus eius habitauerat? Ergo Pauli exemplo (ut hīc colligit Calvinus) certi esse debemus omnes non solūm de salute nostra propria, sed & de aliorum omnium quos ad fidem vocatos videmus. Adhuc semel quum ad Hebræos post terribilem comminationem contra eos qui accepto baptismo prolapsi sunt, subiungit, *Confidimus autem de vobis melius, et viciniora salutis, tamen si ita loquimur, utitur verbo περσυσμα, quod nolter interpres optime vertit Confidimus, Beza & Calvinus, Persuadimus vobis. An enim dubitari potest, de bona spe & confidentia Apostolorum ista loquorū esse? Si persuasionem illam & fidei certitudinem intellexisset, quam hoc loco intelligi vult Calvinus; post illam terribilem commina-**

inationem, si eos consolari voluit, debuit.   
 et apostolus dicere huiusmodi commina-   
 tiones ad illos non pertinere, imò potius   
 huiusmodi comminationes, dum ad electos   
 haberet (si eos hinc pro electis habere voluit)   
 penitus præmittere oportebat. Huius er-   
 ro verbi apud Paulum vsus non aliquam   
 persuasionem ex fide, sed bonam confiden-   
 tiam ex spe & charitate ortam manifestè si-   
 gnificat. Sanè sicut in locis citatis respectu   
 Romanorum, Timothei, & Hebræorum, ad   
 quos scripsit, utitur verbo  $\pi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\mu\alpha\iota$ , quod   
 eam persuasionem significare Calvinus &   
 Beza volunt, ita ad Philippenses de eadem   
 prioris perseverantiæ & salutis confiden-   
 tia scribens, utitur verbo  $\pi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\iota\delta\alpha$  in media   
 parte, quod ipsemet semper Beza, sicut   
 noster interpres perpetuò vertit, *Confido*,   
 præterquam hoc vno ad Philippenses loco,   
 ubi Paulus ait: *\*Confidens hoc ipsum, quia qui*   
*operatur in vobis opus bonum, perficiet usque in diem*   
*Christi.* Vbi Beza vertit, *Persuasum habens hoc*   
*operum,* & Calvinus, *Hoc ipsū persuasus.* Atqui in   
 alijs locis omnibus, 2. Cor. 1. 9. & 2. Cor. 2. 3.   
 & 2. Cor. 10. 7. & ad Rom. 2. 19. & ad Philip.   
 1. 24. & 3. 4. & 2. Thess. 3. 4. vertunt semper,   
*Confido* & *Confidimus*, quod Paulus habet   
 $\pi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\iota\delta\alpha$  &  $\pi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\iota\delta\eta\tau\epsilon\varsigma$ . Imò ut iniqua & par-   
 tialis Beza versio magis appareat, ubi Pau-   
 lus habet,  $\sigma\iota\delta\alpha$  καὶ  $\pi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\mu\alpha\iota$  ἐν  $\chi\upsilon\sigma\tau\omega$ , noster   
 interpres, *Scio & confido in Domino*, Beza ver-

Phil. 1. 6.   
 \* $\pi\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\iota\delta\eta\tau\epsilon\varsigma$    
 $\delta\omega\varsigma$ .

Calvinus   
 & Beza   
 perfidi   
 Scriptura-   
 rum ver-   
 fores.

Rō. 15. 14.

tens,

tens, Scio & persuasus sum in Domino, nostrum interpretem reprehendit, quod verbum  $\pi\epsilon\pi\iota\sigma\mu\alpha\iota$  pro verbo  $\pi\epsilon\pi\iota\sigma\tau\alpha$  verterit, & cōbō posuerit, pro, certus aut persuasus sum. Hic ergo Beza fatetur verbi  $\pi\epsilon\pi\iota\sigma\tau\alpha$  propriam significationem esse, Confido. Cur ergo Beza deserta verbi (vt existimat) proprietate, quam (vri diximus) in tam multis alijs locis retinuit, hoc vno in loco ad Philipp. i. vertit, Persuasus habens. Sanè in fauorem suae heresis, qua volunt vnumquemque vocatum sibi certò persuadere, quòd qui cepit in eis vnum opus, perficiet; vt in huius loci commentario, quem nunc tractamus, admonuit Caluinus. Sic illi ergo in diuinis Scripturis non secus ac in Homero aut Sophocle verterendo ludunt, & ludificant lectores suos. Interea, ad rem præsentem quod attinet, certum est ex frequenti vsu huius verbi,  $\pi\epsilon\pi\iota\sigma\mu\alpha\iota$ , non aliquam fidei certitudinē aut persuasione ex fide, sed bonam tantummodo spem & confidentiam denotari. In loco ad Rom. 15. fidei quidem certitudinem notat, quia de dogmate fidei agit Paulus; sed additur alia dictio,  $\delta\iota\delta\alpha$ , quod certam scientiam notat. Quo verbo vltus est D. Petrus, quum diceret

1. Petr. 1.  
14

Certus sum,  $\epsilon\iota\delta\omega\varsigma$  quòd vel. x. est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus Iesus Christus significauit mihi. Hic quia certa & infallibilis erat reuelatio, ponitur verbum  $\epsilon\iota\delta\omega\varsigma$  non  $\pi\epsilon\pi\iota\sigma\mu\alpha\iota$ . Sanè pro eo quod nos ter interpret

res habet, *Certus sum, &c.* commentarij  
Ambrosij hoc loco & Diuus Hieronymus in *Quaest. 9.*  
epist. ad Algasiam legunt, *Confido autem, &c.*

Deinde obseruandum est, cur Paulus hanc  
tantam confidentiam perseuerantiae ac salu- <sup>Salutis cō-</sup>  
tatis suae conceperit? An, vt haeretici hodie, ex <sup>fidenciam</sup>  
sola fide Christi iustitiam apprehendente; <sup>cur Paulus</sup>  
cum ipsi in suis sordibus & peccatis manent, <sup>cōceperit.</sup>

cum aliquo bono desiderio, sed absque desi-  
derij effectu; & Spiritu quidem contra car-  
nem reluctante, sed qui non vincat; qua-  
les Calvinus & Beza suos electos describunt? <sup>Suprà Rō.</sup>

Minimè gentium. Diuinus Apostolus iu- <sup>6. & 7.</sup>  
sta praecedentem suam doctrinam hac ea-  
dem epistola traditam, qua dixerat, *Gloria* <sup>Rom. 5. 2.</sup>

*in tribulationibus, scientes quod tribulatio pa-*

*trientiam operatur, patientia autem probationem,*

*probatio vero spem, spes autem non confundit, quali-*

*ter hoc loco repetens, vbi commemora-*

*uerat nullo tribulationis genere se à Christo*

*hactenus separari potuisse, non angustia, non*

*fame, non periculo, non persecutione, non gladio,*

*qua tota die mortificatus fuerat pro Christo velut*

*in occisionis, id est, perperuis afflictionibus*

*exercitatus, sed in his omnibus superauerat pro-*

*pter Christum, id est, propter vehementem in*

*eo Christi dilectionem, qui prius eum di-*

*lexerat; ex istis omnibus tanquam optimis*

*beatae perseuerantiae indicijs & argumentis,*

*de quia spes non confundit, concludit, Certus*

*sum, &c. id est, certa mihi in Domino spes*

*est,*

Psal. 118. est, quæ non confundet me ab expectatione mea,

116.

Philip. 1. 6. quod qui cepit in me tam bonum opus, tam variam

patientiam & probationem, perficiet quoque

vsque in diem Christi. Hæc est germana Apo-

stoli sententia, ex alijs eius in eundem pes-

sensum verbis collecta. Hæc spes, certitudo,

confidentia Paulina in illis laudabilis erit,

qui imitatores Pauli facti, similia passi & fir-

mili constantia vsi fuerint: denique qui ad

altissimum illum charitatis gradum peruenierint,

quo Apostolum, quum hæc diceret, peruen-

isse annotarunt ad hæc verba SS. Patres.

D. \* Augustinus, † Chrysostomus, ‡ Bernardus,

& alij. Quem tamen gradum desiderabilem

adhuc fuisse, tum ipse Paulus ad Corinthios

scribens satis ostendit, *Castigans corpus*

*meum, ne forte reprobus efficeretur;* & iterum ad

Philippenses, affirmans se *necdum comprehen-*

*disse, sed adhuc destinatum brauium persequi,* & *quæ*

*sunt retrò oblitum, ad ea quæ antiè erant, quæ*

*adhuc illi de erant, se extendere, si quomodo occurreret*

*ad resurrectionem quæ est ex mortuis; tum eleganter*

*loco citato annotauit D. Bernardus, his verbis.*

*Multa (inquit) hic posuit Apostolus quæ illam*

*charitate Dei separare non poterant, non tamen ad-*

*ijciens, Nec nos ipsi. Nulla quippe creatura non*

*Deo auellere potest: soli id deserere possumus propria*

*voluntate. Non ergo certitudinem & pertu-*

*sionem Calvinianam, quæ mera præsumptio*

*est, sola inani fide nixa (inanis quippe ad-*

*que mortua est omnis fides sine bonis operibus) sed*

*piorum*

Jacob. 2.

\* De grat.

& lib. 21b.

cap. 17.

† In com-

ment. in

hunc locum.

‡ In ferm.

de duplici

baptis.

¶ 1. Cor. 9.

Philip. 3.



nocum & iustorum, qui multa pro Christo  
 passi, in multa patientia & pietate, in longa  
 sollicita & sanctitate Deo suo seruiuerunt, san-  
 ctam fiduciam & confidentiam, spem bonam  
 firmam, docuit hoc loco diuinus Apосто-  
 lus. Vnde orthodoxæ doctrinæ, neminem de  
 salutis certitudine fidei certum esse posse  
 sine speciali Dei reuelatione, hæc Aposto-  
 li verba (vt garrit Calvinus) non repu-  
 gnant. Nec talis doctrina fidem destruit, quæ  
 aliud obiectum non habet, quàm quod Deus  
 operatur & reuelat, sed Calviniana præsump-  
 tio eam fidem quàm bonos mores pernicio-  
 sissime evertit. Mirum autem est, fidem Cal-  
 uinianam etiam post mortem extendi (vt hic Cal-  
 uinus affirmat) quum Apostolus dicat, *Cum* 1. Cor. 13.  
*renouit quod perfectum est, id est, aperta Dei vi-*  
*lione, reuelabitur quod ex parte est, id est, ipsa fides,*  
*quæ nisi per speculum & in enigmate videt, tunc au-*  
*tem facie ad faciem. Solius charitatis hæc laus*  
*& perfectio est, quòd etiam post mortem ex-*  
*tenditur. Caritas nunquam excidit, ait ibidem*  
 Apostolus. Et confidere quidem oportet,  
 quòd qui cepit in nobis opus bonum, perficiet usque Philip 1.6  
 in diem Domini Iesu, sicuti hic concludit Cal-  
 uinus; sed illud nobis certitudine fidei pol-  
 liceri atque præsumere Apostolus non docuit.  
 Aliud est bona spes & confidentia piorum,  
 quam patientia boni operis & varia proba- Rō. 5. 4.  
 tio in illis operatur; aliud certitudo Calui-  
 niana, quæ sola fide & præsumpta electione  
 K k nititur;

nititur, vt ante tempus iudicet vnusquisque  
 2. Tim. 2. Deique sibi munus arroget. *No iit enim Domo-*  
 32. *nus qui sunt eius, nō nouit homo. Ratio subi-*  
*citur: Habens signaculū hoc, Recedat ab iniquitate*  
*omnis qui inuocat nomen Domini. Hoc signacu-*  
 lum an penes nos sit, nos certò scire non pos-  
 sumus: quia etsi nihil nobis conscij sumus, non te-  
 2. Cor. 4. 4 *men in hoc iustificari sumus. Ita omnia Calum-*  
 erroris & mendacij plena sunt.

### Argumentum Cap. IX.

**A**POSTOLVS hoc capite & duobus  
 sequentibus de occultis Dei iudicijs  
 circa decursum Ecclesiæ ab Abra-  
 ham vsque ad consummationem se-  
 culi disserit; & tria docet. Primum, quòd  
 Ecclesiam populumque sibi dilectum in po-  
 steris Abrahā per lineam Isaac & Iacob, nō  
 per lineam Ismaelis & Esau elegerit. Secun-  
 dō, quòd in aduentu Christi maxima pars  
 filiorum Israel, ad quos pēculariter erat  
 missus, ex propria incredulitate corruent,  
 eorumque loco Gentes subintrauerint in  
 Ecclesiam: quibus etiam ruinam minatur,  
 nisi in fide permanferint. Tertiò, quòd circa  
 consummationem seculi, post vocationem  
 & ingressum Gentium in Ecclesiam, Iudæi  
 etiam vocandi & ad fidem conuertendi sunt.  
 Circa primum autem quòd huic capiti pro-  
 prium